

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

FLAVII IOSEPHI HEBRAEI

OPERA OMNIA  
GRAECE ET LATINE

EXCVSA AD

EDITIONEM LVGDVNQ-BATAVAM

SIGEBERTI HAVERCAMPPI

CVM

OXONIENSI IOANNIS HVDSONII

COLLATAM

---

CVRAVIT

FRANCISCVS OBERTHVR

S. S. THEOL. ET V. I. DOCTOR INSIGNIS ECCLESIAE HAVGENSIS  
CANONICVS CAPITULARIS S. S. DOGMATVM IN VNIVERSITATE  
WIRCEBURGENSI PROFESSOR PVB. ORD.

---

TOMVS II

---

LIPSIAE

SVMTV E. B. SCHWICKERTI

CIOCCCLXXXIII



ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ  
ΙΟΤΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ ΒΙΒΛΙΟΝ  
ΕΝΔΕΚΑΤΟΝ.

Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἑτῶν συγκατασκευάσας.

4. ΟΣ κύρος δ περεῖν βασιλεὺς, τὸς ιερᾶς ἀπολέσεως ἐν Βαβυλῶνες εἰς  
τὴν σίκειαν, ἵπτρεψεν αὐτοῖς οικοδεμῆσαι τὴν γαδνήν, δὲς αὐτοῖς  
χρήματα.
5. Οτι διεκόλλυσσεν αὐτὸς εἰ τῷ βασιλέως ὑγεινής κατασκευάσαι τὸ ιερόν,  
ιηπόδδην γενέμενοι τοῖς λεγούσι.
6. Ήτι, Κύρος τελευτήσαντος, Καμβύσης δ παῖς αὐτοῦ, περαλαβήν τὸ  
ὑγειονίαν, ἐν παντὶς ἀπηγόρευσε τοῖς ιερᾶσι οικοδεμῆσαι τὴν γαδνήν.
7. Οτι Δαρεῖος δ ττάτης, βασιλεύεις Περσῶν, ιτίμησε τὸ τῶν ιερῶν θύνος,  
καὶ τὸν γαδνὸν φυοδόμησεν.
8. Οι μετ' αὐτὸς δ παῖς αὐτοῦ Ηράκλης οἰκείως πρὸς τὸν ιερᾶς διετίθη.
9. Οτι, βασιλεύοντος Αρταξέρξης, μικρῷ τῶν ιερῶν πάν τὸ θύνος ἱκινδύνευσε,  
διὰ λαμάνης δύλου.
10. Ήτι Βαγύνας, ὁ Αρταξέρξης τῷ γεντιέρᾳ τραγηγός, πολλὰ εἰς τὰς ιερᾶς  
λέπιστες.
11. Οτι ἡ Μακεδονῶν βασιλεὺς Αλέξανδρος οὐεργέτησεν αὐτὸς, κρητήσας τῆς  
ιερᾶς.

FLAVII JOSEPHI  
ANTIQUITATVM JUDAICARVM LIBER VNDE-  
CIMVS.

Continet hic liber tempus annorum CCLIII. menses V.

1. Quomodo Cyrus Persarum rex, cum Iudeos Babylone in patrias  
fedes démisisset, eis permisit templum exfruere, data illis po-  
cenia.
2. Quod regis duces, impeditis operibus, ipsos in templo aedificando in-  
terpellarunt.
3. Quomodo, post Cyri mortem, Cambyses, ejus filius, suscepit imperio,  
Iudeis prorsus interdictio templi instaurazione.
4. Quod Darius, Hystaspis filius, Persarum regnum adeptus, Iudeorum  
gentem in honorem babuit, et templum exaedificandum curauit.
5. Quomodo post illum Xerxes ejus filius summa Iudeos benevolentia pro-  
sequutus est.
6. Quod, Artaxerxe regnante, tota Iudeorum gens in extremum discri-  
men propromodum adducta erat, dolo Amanī.
7. Quomodo Bigoas, qui Artaxerxis iunioris exercitu cum imperio pre-  
cerat, Iudeos multis iniuriis afficit.
8. Quanta beneficia illis consulit Alexander, Macedonum rex, postquam  
Iudeam subegerat.

## ΚΕΦ. ἀ.

Ως Κῦρος, ὁ Περσῶν βασιλεὺς, τὸς Ιεδαίων ἀπολῦτας ἐκ Βαβυλῶνος εἰς τὴν οἰκείαν, ἐπέτρεψεν αὐτοῖς οἱ κοδομῆσαι τὸν ναὸν, διὰς αὐτοῖς χρήματα.

**Τ**Ωι δὲ πρώτῳ ἔτει τῆς Κύρου βασιλείας, τῦτο δ' ἦν ἐβδομηκοστὸν ἀφ' ἣς ἡμέρας μετανεασῆναι τὸν λαὸν ἡμῶν ἐκ τῆς οἰκείας εἰς Βαβυλῶνα συνέπεσεν, ἥλεπστον θεός τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ τὴν συμφορὰν ἐκείνων τῶν ταλαιπώρων, καθὼς προεπειν αὐτοῖς διὰ Ιερεμίᾳ τὴν προφήτην, τέτοιην κατασκαφῆναι τὴν πόλιν· ὡς μετά τὸ δυλεῖστα Ναζρεύχοδον· σόρῳ καὶ τοῖς ἑκγόνοις αὐτῷ, καὶ ταύτῃ υπομεῖναι τὴν δυλείαν ἐπηἐπὶ ἐβδομήκοντα, πάλιν αὐτὸς εἰς τὴν πάτριον ἀποκαταστείγητο, καὶ τὸν ναὸν οἰκοδομήσατο, καὶ τῆς ἀρχαίας ἀπολαύσυσσην εὐδαιμονίας. ταῦτα αὐτοῖς παρέσχε· παρερμήσας γὰρ τὴν Κύρου ψυχὴν, ἐποίησεν αὐτὸν γεάψαν κατὰ πᾶσαν τὴν Ασίαν, ὅτι ΚΥΡΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΤΣ ΛΕΓΕΙ· “ἐπειδεὶ μὲν ὁ Θεὸς ὁ μέγιστος τῆς οἰκουμένης ἀπέδειξε βασιλέα, πείθομα τὸν εἶναι, ὃν τὸ τῶν Ισραηλιτῶν ἔθνος προσκυνεῖ. καὶ γὰρ τὸμὸν προεπειν ὄνομα διὰ τῶν προφητῶν, καὶ ὅτι τὸν ναὸν αὐτῷ οἰκοδομῆσαν ἐν Ιεροσολύμοις ἐν τῇ Ιεδαίᾳ χώρᾳ.

**Β.** Ταῦτα δὲ ἔγνω Κῦρος, ἀναγνώσκων τὸ βιβλίον, τῆς αὐτῷ προφητείας ὁ Ησαΐας πατέλικος, πρὸ ἐτῶν διακοσίων καὶ δέκα. ὅτος γὰρ ἐν ἀπορρήτῳ εἴπει ταῦτα λέγεσσι τὸν Θεὸν, ὅτι „βάλομαν Κῦρον ὄγκῳ, ὃν πολλῶν ἔθνων καὶ μεγάλων ἀπέδειξε βασιλέα, πέμψα με τὸν λαὸν εἰς τὴν ιδίαν γῆν, καὶ οἰκοδομῆσαι με τὸν ναόν.“ ταῦτα Ησαΐας προεφήτευσεν ἐμπροσθετεῖ κατασκαφῆναι τὸν ναὸν, ἔτεσιν ἐκατὸν καὶ τεσσαράκοντα. ταῦτα οὖν ἀναγνόντα τὸν Κῦρον, καὶ θαυμάσαντα τὸ θεῖον, ὁρμή τις ἔλαβε καὶ φιλοτιμία ποιῆσαι τὰ γεγονότα ηὔπορον. καλέσας τε τὰς ἐπιφανεσσάτες τῶν ἐν Βαβυλῶνι Ιεδαίων, “συγχωρεῖν αὐτοῖς,

## CAP. I.

*Quomodo Cyrus, Persarum rex, cum Iudeos Babylonem  
in patrias sedes dimisisset, eis permisit templum ex-  
struere, data illis pecunia.*

**A**NNO regni Cyri primo (iste autem erat septuagesimus ab illo die, quo populum nostrum contigit e suis sedibus Babylonem migrare) Deum miseratio subiit captiuitatis et aerumnarum, quas miseri isti tulerunt, sicut ipsi per Hieremiam vatem praedixerat ante urbis excidium; quod, postquam seruierint Nabuchodonoso- ro eiusque posteris, et hanc sustinuerint seruitutem per annos septuaginta, rursus eos in patriam terram restituet, eritque ut templum aedificant, et pristinam felicitatem consequantur. Ista illis praestitit. Nam cum Cyri animum exsuscitasset, effecit, ut ille per vniuersam Asiam scriberet, CYRVM REGEM DICERE: “Quoniam me Deus maximus orbis terrarum regem constituit, hunc illum esse credo, quem Israëlitarum gens adorat. Is enim meum nomen per vates praedixit, et quod ipsius templum instauratus sim Hierosolymis in terra Iudaea.

2. Haec autem cognouit ex lectione vaticiniorum libri, quem Esaias ante annos ducentos et decem reliquit. hic eniim secreto Deum ista enunciare dicebat: “Cyrus ego volo, quem multarum et magnarum gentium regem constitui, populum meum in propriam terram remittere, templumque meum aedicare.” Haec Esaias praedixit, centum et quadraginta annis antequam templum dirutum est. Illa itaque dum legeret Cyrus, Deique numen miraretur, cupidus eum incessit studiumque exsequendi, quae scripta erant: accitisque illustrissimi apud Babylonem Iudeis, dixit, “se illis potestatem facere in patriam suam eundi, vr-

“εἴΦη, Βαδίζειν εἰς τὴν αὐτῶν πατρεῖδα, καὶ ἀνασῆσαι τὴν “πόλιν Ιεροσόλυμα καὶ τὸν τῇ Θεῷ ναὸν. ἔσεθαι γὰρ αὐτοῖς “καὶ τῶν σύμμαχον, αὐτὸν τε γράψειν τοῖς γειτονεύστοις “εἰκενή τῇ χώρᾳ τῶν Ιεδαίων ἡγεμόνων καὶ σατραπῶν, ἵνα “συμβάλωντα χρυσὸν αὐτοῖς καὶ ἄργυρον εἰς τὴν οἰκοδομίαν “τῇ ναῷ, καὶ πρὸς τύτοις θέρματα πρὸς τὰς θυσίας.

γ'. Ταῦτα Κύρος καταγγείλαντος τοῖς Ισραηλίταις, ἐξώρμησαν οἱ τῶν δύο Φυλῶν ἀρχοντες τῆς Ιεδαίας καὶ τῆς Βενιαμίτιδος, οἵ τε Λευΐται καὶ ιερεῖς εἰς τὰ Ιεροσόλυμα. πολλοὶ δὲ κατέμειναν ἐν τῇ Βαθυλῶνι, τὰ κτήματα καταλιπεῖν δὲ θέλοντες. καὶ παραγινομένοις αὐτοῖς οἱ τῇ βασιλέως Φίλοι πάντες ἐβοήθειν καὶ συνεισθέφερον εἰς τὴν τῇ ναῷ κατασκευὴν, οἱ μὲν χρυσὸν, οἱ δὲ ἄργυρον, οἱ δὲ βοσκημάτων πλῆθος σὺν ἕποις. καὶ τὰς τε εὐχὰς ἀπεδίδοσαν τῷ Θεῷ, καὶ τὰς νομιζομένας κατὰ τὸ παλαιὸν θυσίας ἐπετέλεν, ὥσπερ ἀνακτοριζομένης αὐτοῖς τῆς πόλεως, καὶ ἀναβιώσης τῆς ἀρχαίας περὶ τὴν θρησκείαν συνηθείας. ἀπέπεμψε δὲ αὐτοῖς Κύρος καὶ τὰ σκεύη τῇ Θεῷ, ἃ συλήσας τὸν ναὸν Βασιλεὺς Ναβυλοδονόστορος εἰς τὴν Βαθυλῶνα ἐκόμισε. παρέδωκε δὲ ταῦτα Φέρεν Μιθραδάτη, τῷ γαζοφύλακι αὐτοῦ, προσάξας δύναται αὐτὰ Αβαστάρῳ, ὅπως Φυλάττη μέχει τῆς οἰκοδομίας τὴν ναῷ, τελεθέντος δὲ αὐτῆς, παραδῷ τοῖς ιερεῦσι καὶ ἀρχαστι τὴν πλήθης, εἰς τὸν ναὸν ἀποδοθησόμενα. πέμπει δὲ καὶ ἐπιτελὴν πρὸς τὰς ἐν Συρίᾳ πατράπας Κῦρος, τάδε λέγονταν·

ΒΑΣΙΛΕΥΤΣ ΚΥΡΟΣ ΣΙΣΙΝΗ, ΚΑΙ ΣΑΡΑΒΑΣΑΝΗ,  
ΧΑΙΡΕΙΝ.

“Ιεδαίων τῶν ἐν τῇ ἐμῇ χώρᾳ κατοικούντων ἐπέτρεψε “τοῖς βελομένοις, εἰς τὴν ιδίαν ἀπελθεῖσι πατερίδα, τὴν τε “πόλιν ἀνακτίσαι, καὶ τὸν ναὸν οἰκοδομῆσαι τὸν ἐν Ιερο- “σολύμων τῇ Θεῷ, ἐπὶ τῷ αὐτῷ τόπῳ, ἐφ' ὧ καὶ πρότερον. “κατέπεμψα δέ με καὶ τὸν γαζοφύλακα Μιθραδάτην, καὶ “Ζεροβάβηλον, τὸν ἀρχοντα τῶν Ιεδαίων, ἵνα θεμελίες “βάλωντα τῇ ναῷ, καὶ οἰκοδομήσωσιν αὐτὸν, ὃς μὲν

“bemque Hierosolyma et templum Dei iterum susci-  
“tandi. fore enim et hunc illis adiutorem, ipsumque  
“scripturum esse duobus et satrapis in vicinia istius  
“Iudeorum regionis, ut conferant eis aurum atque  
“argentum ad templi fabricam, insuper et pecora in  
“sacrificia.

3. Ista Cyrus cum Israëlitis dixisset, duarum tri-  
buum principes, Iudei et Beniamini, simulque Le-  
vitae et sacerdotes, propere se Hierosolyma contule-  
runt. Multi vera apud Babylonem manferunt, nolen-  
tes possessiones suas relinquere. Cumque eo peruenis-  
sent, omnes Regis amici illis adiumento erant, et  
ad templi structuram conferebant, alii quidem aurum,  
alii vero argentum, rursusque alii magnam vim pe-  
corum simul et equos: tuncque et vota Deo solue-  
runt, et consuetas olim victimas mactarunt, quasi  
jam vrbs illis instaurata esset, et antiqua reuiuisce-  
ret sacerorum solennitas. Cyrus autem illis remisit  
et vasa Dei, quae rex Nabuchodonosorus, templo  
spoliato, Babylonem deportauerat: atque ista perfe-  
renda tradidit Mithradati suo quaestori, cum manda-  
tis, ut illa Abassaro daret, ea lege, ut illa asseruaret  
usque dum templem aedificaretur, eoque absoluto tra-  
deret sacerdotibus populique principibus templo resli-  
tuenda. Quin et epistolam misit Cyrus ad Syriæ sa-  
trapas, in hanc sententiam:

### CYRVS REX SISINAE ET SARABA. SANAE S.

“Iudeis, quicunque volunt, permisi, in patriam  
“suam profectis, et ciuitatem suam instaurare, et tem-  
“plum Dei Hierosolymis aedificare, in eodem, quo an-  
“te fuerat, loco. Misit autem eo etiam quaeflorem  
“meum Mithradatem et Zorobabelum Iudeorum prin-  
“cipem, ut templi fundamenta iaciant, illudque exstru-  
“ant, ea amplitudine, ut altitudo quidem sexaginta, la-

“οξέηκοντα πήχεις, τῶν δ' αὐτῶν καὶ τὸ εὑρός, λίθος μὲν ἔειπε  
 “τρεῖς πεισάμενοι δόμυς καὶ ἕνα ξύλινον ἐγχώριον, ὅμοίως δὲ  
 “καὶ Θυσιαστήριον, ἐφ' ἣ Θύωσις τῷ Θεῷ. τὴν δὲ εἰς ταῦτα δα-  
 “πάνην, ἐκ τῶν ἐμαυτῷ γενέθαι βάλομαι, καὶ τὰ σκεύη δὲ, ἃ  
 “ἐσύλησεν ἐκ τῆς ναῶς Ναβύληδονόσορος ὁ Βασιλεὺς, ἔπειρψε  
 “παραδός Μιθραδάτη τῷ γαζῷ Φύλακι, καὶ Ζεροβάθηλῳ,  
 “τῷ ἄρχοντι τῶν Ιαδαίων, ἵνα διακομίσωσιν εἰς Ιεροσόλυμα,  
 “καὶ ἀποκατατήσωσιν εἰς τὸν ναὸν τῷ Θεῷ. ὁ δὲ ἀριθμὸς αὐ-  
 “τῶν ἐστι τοσοῦτος· ψυκτῆρες χρύσεοι πεντήκοντα, ἀρ-  
 “γύρεοι πεντακόσιοι, Θηρίκλεια χρύσεα τεσσαράκον-  
 “τα, ἀργύρεα πεντακόσια, καίδοι χρύσεοι πεντήκοντα,  
 “ἀργύρεοι πεντακόσιοι, σπουδεῖα χρύσεα τριάκοντα, ἀρ-  
 “γύρεα δισχίλια τετρακόσια, σκεύη τε ἄλλα μεγάλα χι-  
 “λια. συγχωρῶ δὲ αὐτοῖς καὶ τὴν ἐκ προγόνων εἰδισμέ-  
 “νην τιμὴν, κτηνῶν καὶ οἴνων καὶ ἐλαΐς δραχμὰς εἶκοστα  
 “μυριάδας πεντακιχιλίας καὶ πεντακοσίας, καὶ εἰς σε-  
 “μίδαλιν πυρῶν ἀετάβας δισμιεῖας πεντακοσίας. κε-  
 “λούω δὲ τὴν τάχινα χορηγίαν ἐκ τῶν τῆς Σαμαρείας γῆ-  
 “νεοθαυ Φόρων. ἐποίησι δὲ τὰ ιερεῖα ταῦτα κατὰ τῆς Μωϋ-  
 “σίων νόμους οἱ ιερεῖς ἐν Ιεροσολύμοις καὶ προσφέροντες εὖ-  
 “ξονταὶ τῷ Θεῷ περὶ σωτηρίας τῷ Βασιλέως καὶ τῷ γένει  
 “αὐτοῦ, ὅπως ἡ Περσῶν Βασιλεία διαμένῃ. τὰς δὲ  
 “παρακλήσεις τέτων καὶ ἀκυρώσαντας ἀναταυρωθῆναι  
 “βάλομαι, καὶ τὰς ὧσιας αὐτῶν εἶναι βασιλικάς. καὶ  
 ἡ μὲν ἐπιτολὴ ταῦτα ἐδήλωτο τῶν δὲ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας  
 συνελθόντων εἰς Ιεροσόλυμα, μυριάδες ἡσαν τέσσαρες καὶ  
 διχίλιοι, τετρακόσιοι καὶ ἑξήκοντα δύο.

## ΚΕΦ. Β'.

Ως Ιαδαίοις, ὑπὸ Χρισταίων καὶ σατραπῶν ἐμποδιζόμενοις  
 πρὸς τὴν τὴν ιερὴν κατασκυνὴν, τὴν Κύρῳ τελευτὴ θέντος  
 ἐκ παντὸς ἀπηγόρευσεν ὁ Καπιθύσης τοιτό τι ποιῆσαι.

Βαλλομένων δὲ τῆς Θεμελίας τῆς ναῶς, καὶ περὶ τὴν εἰκο-  
 δομὴν αὐτοῦ λίσαν ἐπιχωριάσκονταν, τὰ πέριξ ἔθνη, καὶ

“titudo vero totidem etiam pateret cubitos, trinis poli-  
“torum faxorum ordinibus, et uno ligneo ex ipsius pro-  
“vinciae arboribus, similiter et altare *erigant*, in quo  
“Deo sacrificent. Sumtus vero in ista *omnes* de meo  
“suppeditari volo. Vasa quoque, quae rex Nabuchod-  
“donosorus a templo *olim* sustulerat, tradidi in manus  
“Mithradatis quaestoris mei, et Zorobabeli Iudeorum  
“principis, ut ea perferant Hierosolyma, et in tem-  
“plum Dei restituant reponantque. Numerus autem il-  
“lorum ita se habet: refrigeratoria aurea quinquaginta,  
“argentea quingenta; pocula Thericlea aurea quadra-  
“ginta, argentea quingenta; fistulae aureae quinqua-  
“ginta, argenteae quingentae; libatoria aurea triginta,  
“argentea trecenta; phialae aureae triginta, argenteae  
“duo millia et quadringentae, et mille insuper vasa  
“magna. Concedo etiam illis eosdem honores, qui-  
“bus et maiores eorum usi sunt, pro pecudibus et vino  
“et oleo drachmas quinque millia et quingentas, et  
“triticeae similae artabas viginti millia et quingentas.  
“Iubeo autem, ut horum *omnium* copia illis fiat ex Sa-  
“mariae tributis. atque istas victimas immolabunt sacer-  
“dotes Hierosolymis juxta ritus Moysaicos: et intra sacra  
“Deum precabuntur pro salute Regis eiusque sobolis,  
“ut regnum Persarum diuturnum sit. At quicunque istis  
“neu paruerint, eaque irrita fecerint, eos crucis patibu-  
“lo affigi volo, et bona eorum redigi in fiscum regium.”  
Et in hanc quidem sententiam scripta erat epistola:  
eorum vero, qui e captiuitate conuenerunt Hierosolyma,  
myriades erant quatuor, duo millia, et quadringenti  
sexaginta duo.

## C A P. II.

*Quomodo Iudeus, quo minus templum exfruerent, a Chu-*  
*thaeis et satrapis impeditos, Cyro mortuo omnino*  
*prohibuit Cambyses ab eiusmodi opere moliendo.*

*H*idum templi fundamenta jaciunt, atque ei aedifi-  
cando omni studio incubuerunt, gentes finitimae,

μάλιστα τὸ Χρθαίων οὓς ἐκ τῆς Περσίδος καὶ Μηδικῆς  
ἀγαγὼν Σαλμανασάρεν, ὁ τῶν Ασσυρίων βασιλεὺς, κα-  
τώκισεν ἐν Σαμαρείᾳ. ὅτε τὸν τὸν Ισραηλίτων λαὸν ἀνάστατον  
ἐποίησε παρεκάλουν τοὺς σατράπας καὶ τοὺς ἐπιμελο-  
μένους ἐμποδίζειν τοὺς Ιudeάς, πρέσ τε τὴν τῆς πόλεως  
ἀνάστασιν καὶ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευήν. οἱ δὲ, καὶ χρήματα  
διαφθαρέντες ὑπὲρ αὐτῶν, ἀπημπόλησαν τοῖς Χρθαίοις τὸ  
περὶ τοὺς Ιudeάς ἀμελὲς καὶ ράθυμον τῆς οἰκοδομίας.  
Κύρω γὰρ περί τε ἄλλων ἀχοληθέντι πολέμους ἀγνοεῖ τάτων  
ἥν, καὶ σρατευταμένω ἐπὶ Μασσαγέτας ἐκεῖ συνέβη  
τελευτῆσαν τὸν βίον. Καμβύσες δὲ τῷ Κύρῳ παρέδει τὴν βα-  
σιλείαν παραλαβόντος, οἱ ἐν Συρίᾳ καὶ Φοινίκῃ καὶ Αμ-  
μανίτιδι καὶ Μωαβίτιδι καὶ Σαμαρείᾳ γεάθροιν ἐπισολήν  
Καμβύσης δηλῶσταν τάδε· “Δέσποτα, οἱ παῖδες σγ, Ράθυ-  
“μος ὁ πάντα τὰ πραττόμενα γεάθρων, καὶ Σεμέλιος ὁ  
“γηραιματεὺς, καὶ οἱ τῆς βλλῆς τῆς ἐν Συρίᾳ καὶ Φοινίκῃ  
“κρείται. γινώσκειν σε δεῖ, βασιλεῦ, ὅτι Ιudeῖοι, οἱ εἰς  
“Βαβυλῶνα ἀναχθέντες, ἐλλύθασιν εἰς τὴν ιμετέραν, καὶ  
“τὴν τε πόλιν τὴν ἀποσάτιν καὶ πονηρὰν οἰκοδαμῆσι, καὶ  
“τὰς ἀγορὰς αὐτῆς, καὶ ἐπισκυνάζοντα ταῖς ξυ-  
““ἄνεγγείεσσι. ἵθι μέντοι γε, τάτων γενομένων, ὅτε Φόργος αὐ-  
“τὸς τελεῖν ὑπομνεύστας, ὅτε δὲ ὑπακύειν ἐθελήσοντας,  
“ἄλλα καὶ βασιλεῦσιν ἀντιτίσοντα, καὶ τέχειν μᾶλλον,  
“ηὕ ὑπακούειν, ἐθελήσοντα. ἐνεργεύμενοι οὖν τῶν περὶ  
“τὸν ναὸν καὶ σπεδαζομένων, καλῶς ἔχειν ἐδοξεῖν ἡμῖν,  
“γεάθρα σοι, βασιλεῦ, καὶ μὴ περιϊδεῖν, δπιώσεπισκέψη  
“τὰ τῶν πατέρων σγ βιβλία. εὑρήσεις γάρ ἐν αὐτοῖς ἀποσά-  
“τας καὶ τῶν βασιλέων ἐχθρές Ιudeάς, καὶ τὴν πόλιν  
“αὐτῶν, ἡ διὰ τότο καὶ νῦν ἡρημώθη. ἐδοξεῖ δὲ ἡμῖν καὶ  
“τέττο σοι δηλῶσαι, ἀγνούμενον ἵσως. ὅτι, τῆς πόλεως  
“ἔτει συνοικιδείσῃς, καὶ τὸν κύκλον τῶν τειχῶν ἀπολα-  
“βόσης, ἀποκλείσται σοι ἡ ὁδὸς ἡ ἐπὶ Κοίλην Συρίαν καὶ  
Φοινίκην.

β'. Αναγυνάς δὲ ὁ Καμβύσης τὴν ἐπισολήν, καὶ φύσα-

prosperitatemque Chuthaei; (quos, e Perside ac Media traductos, Salmānāsares, Assyriorum rex, in Samaria collocauit, cum Israëlitarum populum inde migrare fecisset) rogabant satrapas, et eos, qui operibus praeerant, ut Iudeos in vrbe instauranda temploque exstruendo impedirent. Atque illi, largitionibus ab istis corrupti, Chuthaeis fidem pretio addictam dederant, fore, ut Iudeorum res negligerent, et in aedificatione promouenda segniter agerent. Cyrus enim, dum in aliis bellis occupatus erat, ista ignorabat: eique, cum aduersus Massagetas duxisset exercitum, illic vitam finire contigit. Cum autem Cambyses, Cyri filius, in regnum successisset, Syrorum quidam et Phoenicum et Armanitarum et Moabitarum et Samaritanorum ad eum literas scripserunt in hunc modum: "Domine, serui tui, Rathymus commentariensis, et Semelius scriba, atque concilii in Phoenicia et Syria praesides: Cognoscere te oportet, Rex, Iudeos, qui Babylonem deducti fuerant, isthinc profectos in regionem nostram venisse, urbemque rebellem et improbam aedificare, simul et fora ejus reficere, atque moenia instaurare, et templum exstruere. Nunc scito, si ista fuerint *absoluta*, quod nec tributum pendere sustinebunt, nec imperata facere volent, sed et regibus resistent, et imperare potius, quam seruire, parati erunt. Itaque eum templi fiat opus et in eo laboretur, nobis optimum visum est scribere ad te, Rex, et einsmodi rem non negligere, ut inspicias maiorum tuorum commentarios, in illis enim inuenies Iudeos defectionum auctores et animis in reges inimicis, similiter et ipsorum urbem, quae propter hanc causam etiam nunc vastata est. Nobis autem visum est et hoc tibi indicare, quod forsan nescias, si vrbs ita fuerit instaurata et moenibus cincta, nullam habi deinceps in Coelen-Syriam et Phoeniciam patere viam.

2. Cambyses vero postquam legisset epistolam, cum

πονηρὸς ὁν, κινεῖται πρὸς τὰ δεδηλωμένα, καὶ γεάφει τάδε λέγων· „Βασιλεὺς Καμβύσης Ραθύμῳ τῷ γεάφοντι τὰ “προσπίπτοντα, καὶ Βελσέμῳ, καὶ Σεμελίῳ γεραμματεῖ, καὶ “τοῖς λοιποῖς τοῖς συντασσομένοις, καὶ οἰκεῖσιν ἐν Σαμαρεῖα “καὶ Φοινίκῃ, τάδε λέγει. ἀναγνὺς τὰ περιφέντα παρ' ὑ-“μῶν γεράμματα, ἐκέλευσα ἐπισκέψαμε τὰ τῶν προγό-“νων μεθ' Βιβλίᾳ, καὶ εὑρέθη ἡ πόλις ἔχθρᾳ βασιλεῦσιν “ἀεὶ γεγενημένη, καὶ σάσσις καὶ πολέμους οἱ ἐνοικεῦντες “πραγματευσάμενοι καὶ βασιλεῖς αὐτῶν ἔγνωμεν δυνατοὺς “καὶ βιαλύς, Φορολογήσαντας Κοίλην Συρίαν καὶ Φοινίκην. „ἐγὼ τοίνυν προσέταξα μὴ συγχωρεῖν τοῖς Ιαδαίοις ἀνοι-“κοδομεῖν τὴν πόλιν, μὴ ἐπὶ πλέον αὐξῆθη τὰ τῆς κακίας “αὐτῶν, ἢ χρώμενοι πρὸς τοὺς βασιλεῖς διατετελέκασι. “τούτων ἀναγνωρέντων τῶν γεραμμάτων, ὁ Ράθυμος καὶ Σε-μέλιος ὁ γεραμματεὺς, καὶ οἱ τούτοις συντεταγμένοι, παραχρῆμα ἐπιπληγήσαντες ἕπτεis, ἔσπευσαν εἰς Ιεροσόλυ-μα, πλῆθος ἐπαγόμενοι πολύ· καὶ διεκάλυσαν οἰκοδο-μεῖν τοὺς Ιαδαίας τὴν πόλιν καὶ τὸν ναόν. καὶ ταῦτα μὲν ἐπε-χέθη τὰ ἄργα μέχει τοῦ δευτέρου ἔτος τῆς Δαρείας βασι-λείας τοῦ Περσῶν ἐπὶ ἄλλα ἔτη ἐννέα. Καμβύσης γάρ οὐ-ἔτη βασιλεύσας, καταστρέψαμενος ἐν τάχοις τὴν Αἴγυπτον, καὶ ὑποσρέψας ἐτελεύτησεν ἐν Δαμασκῷ.

## ΚΕΦ. γ'

Ως Δαρείς, μετὰ τελευτὴν τῷ Καμβύσῃ καὶ τῶν Μάγων ἀναίρεσιν, βασιλεύοντος, Ζοροβάβηλος, ἐν τῇ περιβλημάτῳ διαλύσει ἀριστεύσας, τάχα ἔτυχε παρὰ τῷ βασιλέως, ἵνα ὁ ναὸς οἰκοδομηθῇ.

**Μ**Εταῦτε δὲ τὴν τῶν Μάγων ἀναίρεσιν, οἱ μετὰ τὸν Καμβύσην θάνατον τὸν Περσῶν ἀρχὴν ἐνικεῖτο κατέχον, οἱ λεγόμενοι ἐπτὰ οἰκοτῶν Περσῶν τὸν Υεστόπατέλα Δαρεῖον ἀπέδειξαν βασιλέων. ὅτος, ἴδιωτης ὁν, ηὔξατο τῷ Θεῷ, οἱ γένοιστο βασιλεὺς, πάντα τὰ σκεύη τῷ Θεῷ, ὃσα ἦντες ἐν Βαβυλῶνι, πέμψαντες τὸν ναὸν τὸν ἐν Ιεροσολύμοις. ἔτυ-χε δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀφικόμενος πρὸς Δαρεῖον ἐξ

ebet alioqui natura malignus, iis, quae declarauerant, irritatus est, et hoc modo rescripsit: "Cambyses rex Rathymo commentariensi, et Belsemo, et Semelio scribae, reliquisque eorum sociis, et caeteris in Samaria et Syria degentibus, haec dicit. Lectis, quas misisti, literis, meo iusu inspecti sunt maiorum meorum commentarii, et inuentum est, hanc urbem perpetuo regibus infestam fuisse, eiusque incolas seditionum et bellorum causas exstissem: ac reges illorum comperimus potentes acresque fuisse, et tributa ex Coele-Syria et Phoenicia legisse. Quapropter ego impero Iudeos ab urbis aedificatione impediri, ne inde in maius prouehatur eorum malitia, qua hactenus in regnum detrimentum vni sunt." His literis perlectis, Rathymus et Semelius scriba, eorumque collegae, e vestigio consensis equis, Hierosolyma properarunt, ducta secum magna hominum multitudine; et Iudeos prohibuerunt ab urbe temploque aedicando. Et haec quidem opera nouem aliis annis intermissa jacuerunt usque ad annum secundum regni Darii, Persarum regis. Cambyses enim, cum per sexennium regnasset, illoque tempore Aegyptum subegisset, inde reuersus apud Damascum die in obiit supremum.

## CAP. III.

*Quomodo Dario post mortem Cambycis et Magorum caedem, regnum adepto, Zorobabelus, quod in problematum explicatione aliis praefiterit, instaurationem templi a Rege impetrat.*

Sublatis autem Magis, qui post Cambysis obitum regnum anno tenuerunt, septem Persarum domuum, ut appellantur, principes Darii, Hyrcaspis filium, regem crearunt. Is, cum adhuc priuatus esset, voverat Deo, si regnum adipisceretur, quicquid sacerorum vasorum apud Babylonem supererat, remissurum ad fanum Hierosolymitanum. Venerat autem ad Darium ex Hierosolymis sub illud tempus Zorobabelus, qui captiuorum

Ιεροσολύμων Σοροβάθηλος, ὃς τῶν αἰχμαλώτων Ιεδαίων ἡγεμὸν ἀπεδέδεκτο. πάλαι γὰρ ἦν ἀυτῷ Φιλία πρὸς τὸν Βασιλέα. ὃ δὴ καὶ σωματοφυλακῆν αὐτὸν μετ' ἄλλων δύο κειθεὶς ἄξιος, ἀπέλαυνεν ἡς ἥλπισε τιμῆς.

β'. Τῷ δὲ πρώτῳ τῆς Βασιλείας ἔτει, Δαρεῖος ὑποδέχεται λαμπρῶς καὶ μετὰ πολλῆς παρασκευῆς τός τε περὶ αὐτὸν, καὶ τὰς οἴκου γεγονότας, καὶ τὰς τῶν Μήδων ἡγεμόνας, καὶ σατράπας τῶν Περσῶν, καὶ τοπάρχας τῆς Ινδικῆς ἀχρεοῦ τῆς Αἰθιοπίας, καὶ τοὺς σεατηγοὺς τῶν ἐκατὸν εἴκοσι καὶ ἑπταὶ σατραπεῖῶν. ἐπεὶ δὲ κατευωχθέντες ἀχρεοὶ κόρην καὶ πλησμονῆς ἀνέλυσαν κοιμηθόστοις παρ' αὐτοῖς ἐκαστοι. Δαρεῖος ὁ Βασιλεὺς ἐλθὼν ἐπὶ τὴν κοίτην, καὶ θραγῇ τῆς νυκτὸς ἀναπαυσάμενος, ἔξυπνος γίνεται· καὶ μημέτι κατακοιμηθῆναι δυνάμενος, εἰς ὅμιλίαν τρέπεται μετὰ τῶν τριῶν σωματοφυλάκων, καὶ τῷ λόγου ἐροῦντι, περὶ ὧν αὐτὸς ἀνακρίνειν μᾶλλον, τὸν αἱληθέστερον καὶ συντετάρεον, τούτῳ γέρεας δώσειν ὑπισχνεῖται νυκτήριον, παρφύρεαν ἐνδύσασθαι, καὶ ἐν ἐκπώμασι χρυσοῖς πίνειν, καὶ ἐπὶ χρυσίς καθεύδειν, καὶ ἄρμα χρυσοχάλινον, καὶ κιδαρινὸν βυστίνην, καὶ περιαυχένιον χρύσεον, καὶ μετ' αὐτὸν ἔξειν προεδρίαν διὰ τὴν σοφίαν, καὶ συγγενής μα, ἘΦ, κληθήσαται. ταύτας ἐπαγγειλάμενος αὐτοῖς παρέξειν τὰς δωρεάς, ἐρωτᾷ μὲν τὸν πρῶτον, εἰ ὁ οἶνος ὑπεριχύει, τὸν δεύτερον δὲ, εἰ οἱ Βασιλεῖς, τὸν τρίτον δὲ, εἰ ἀγυναῖκες, ἢ τάτων μᾶλλον ἡ ἀλήθεια. ταῦτα προθεὶς αὐτοῖς ζητεῖν, ἡσύχαστεν. ὅρθεψε δὲ μεταπεμφάμενος τοὺς μεγιστάνας καὶ σατράπας καὶ τοπάρχας τῆς Περσίδος καὶ Μηδικῆς, καὶ καθίστας ἐν ὧ χρηματίζειν εἰώθει τόπῳ, τῶν σωματοφυλάκων ἐκαστοι ἀνάλευσε πάντων ἀκρόντων ἀποφανεθεῖ τὸ δοκοῦν αὐτῷ περὶ τῶν προκειμένων.

γ'. Καὶ ὁ πρῶτος ἥρξατο λέγειν τὴν τὸ οἶνος δύναμιν, ὅταν αὐτὴν ἐμφανίζων. “Ἄνδρες γάρ, εἴπεν, ἐγὼ τὴν “ἰχύν τὸ οἶνος τεκμαρέμενος, πάντα ὑπερβάλλεσθαι εὐρίσκω “τάτῳ τῷ τρόπῳ. σφάλλει γὰρ τῶν πινόντων αὐτὸν καὶ

Iudeorum princeps fuerat constitutus. erat enim ab antiquo eidem cum rege amicitia. Quo factum est, vt, cum aliis duobus corporis ipsius custodiae adhibitus, honorem, quem sperauerat, consequutus fuerit.

2. Primo autem regni *sui* anno, Darius splendide et magno cum apparatu excepit et eos, qui circa se erant, et verna, et Medorum principes, et Persarum satrapas, et Indiae toparchas ad Aethiopiam usque, militiaeque duces in centum viginti septem satrapis. At postquam abunde et ad satietatem epulati cubitum discesserant ad suum quisque diuersorum, Darius rex, cum ad lectum se receperisset, et paululum noctis requievisset, experrectus est; cumque non amplius somnum capere potuisset, confabulari coepit cum tribus satellitibus, atque ei, qui sententiam veriorem et sapientiorem tulerit de rebus, quas ab illis quaesiturus esset, in victoriae praemium daturum esse promittit, vt purpura vestiretur, poculis aureis biberet, in auro dormiret, aureis fraenis currum, byssinamque cydarim, et torquem auream circa collum haberet, vt secundus ab ipso propter sapientiam suam federet, meusque, inquit, cognatus vocabitur. Haec in eos munera collaturum esse pollicitus, primum quidem interrogavit, an vinum reliquis praepolleret, secundum vero, an reges, tertium vero, an mulieres, aut forte veritas magis, quam haec omnia. Postquam ista illis proposuerat, quieuit. Mane autem, cum accersiuisset megistanas et satrapas et toparchas Persidis et Mediae, ipse solio collocatus, ubi ius reddere consuevit, iussit unumquemque satellitum suum de iis, quae proposuerat, sententiam declarare, omnibus audientibus.

3. Tum primus exorsus est dicere de vini potentia, ad hunc modum eam extollendo. "O viri, inquit, "ego de vini viribus coniecturam faciens, eas rebus "omnibus praeualere hisce indicis competio. Men- "tem enim eorum, a quibus bibitur, fallit decipitque;

“ἀπατᾶ τὴν διάνοιαν, καὶ τὴν τῷ Βασιλέως τῇ τῷ ὁρφαικῇ  
 “καὶ δεομένῃ κηδεμόνος ὄμοίσιν τίθησι, καὶ τὴν τῷ δάλῳ  
 “διεγείζει πρὸς παρρησίαν τῷ ἐλευθέρῳ, ἢ τε τῷ πένητος  
 “ὄμοία γίνεται τῇ τῷ πλεσίᾳ, μεταποιεῖ γὰρ καὶ μεταγεννᾷ  
 “τὰς ψυχὰς ἐν αὐτᾶς γενόμενος, καὶ τῶν μὲν ἐν συμφορᾷ  
 “καθεστηκότων σβέννυσι τὸ λυκοῦν, τοὺς δὲ ἀλλότρια χρέα  
 “λαβόντας εἰς λήθην ἄγει, καὶ ποιεῖ δοκεῖν αὐτὰς ἀπάντων  
 “πλεσιωτάτας, ὡς μηδὲν μὲν μικρὸν Φθέγγυεθαί, ταλάν-  
 “των δὲ μεμνῆθαί, καὶ τῶν τοῖς εἰδαίμοσι προστηκότων  
 “ὄνομάτων. ἔτι γε μὴν σεραπιῶν καὶ Βασιλέων ἀναιδήτας  
 “ἀπεγάγεται, καὶ Φίλων καὶ συνήθων ἔξαιρεται μηδὲν.  
 “ὅπλῳς γὰρ τὰς ἀνθεώπυς καὶ κατὰ τῶν Φιλτάτων,  
 “καὶ δοκεῖν ποιεῖ πάντων ἀλλοτριωτάτας· καὶ ὅταν νέψαι-  
 “τες τύχωσι, καὶ καταλίπῃ διὰ τῆς νυκτὸς αὐτὰς ὁ οἶνος  
 “κοιμαμένες, ἀνίσανται μηδὲν ὥν ἐπρεξαν παρὰ τὸν μέδημον  
 “εἰδότες. τάτοις ἐγὼ τεκμαρόμενος εὐρίσκω τὸν οἶνον  
 “ὑπερηρατοῦντα πάντων βιαιότατον.

δ'. Ως δ' ὁ πεῖτος, ἀποΦηνάμενος περὶ τῆς ἰχύος  
 τῷ οἴνῳ τὰ προσιερμένα, ἐπαύσκτο, ὁ μετ' αὐτὸν ἥρξατο  
 λέγειν περὶ τῆς τῷ Βασιλέως δυνάμεως, ταύτην ἀποδει-  
 κνὺς τὴν ἰχυροτάτην καὶ πλέον τῶν ἄλλων δυναμένην, δοσα-  
 βίου ἔχειν ἢ σύνεστι δοκεῖ. τὸν δὲ τρόπον τῆς ἀποδειξεως  
 ἐντεῦθεν ἐλάμβανεν. “ἀπάντων μὲν, εἶπεν, ἀνθεώπυς  
 “περιηρατεῖν, ἀ καὶ τὴν γῆν καταστραῖγος καὶ τὴν  
 “Θάλασσαν εἰναὶ χρησίμην αὐτοῖς πρὸς ἡ Θέλυσι, τάτω  
 “δ' ἀρχεσιν οἱ Βασιλεῖς καὶ τὴν ἐξησίαν ἔχεσιν· οἱ δὲ τῷ  
 “κρατίσι καὶ ἰχυροτάτῃ ὡς δεσπόζοντες, ἀνυπέρβλητοι  
 “τὴν δύναμιν ἔτοι καὶ τὴν ἰχύν εἰκότως ἀν εἰεν. ἀμέλει  
 “πολέμους ἐπιτάττοντες καὶ κινδύνους τοῖς ἀρχομένοις,  
 “ἀκόνται, καὶ πέμποντες αὐτὰς ἐπὶ τὰς ἐχθράς, κατα-  
 “πειθεῖς διὰ τὴν ἰχύν τὴν αὐτῶν ἔχεσι· καὶ οὕτη μὲν κα-  
 “τεργάζεθαί καὶ τείχη διασπᾶν καὶ πύργος κελεύσαι.  
 “καὶ κτείνεθαί δὲ οἱ κελευθέντες καὶ κτείνειν ὑπομένασιν,  
 “ἴνα μὴ τὰ τῷ Βασιλέως δόξωσι παραβαίνειν προσάγματα.

"ita ut reges similes fiant pupillis et curatore egenti-  
 "bus, et serui ad eandem cum ingenuis dicendi li-  
 "bertatem adspirent, et pauperes magna de se opinione  
 "cum diuitibus adaequentur. animas enim, si forte eas  
 "ingrediatur, subinde mutat, nouamque illis viam ingene-  
 "rat; ut quod et calamitosis tristitia adiunxit, et obae-  
 "ratos in aeris alieni obliuionem ducit, facitque, ut si-  
 "bimet videantur omnium ditissimi, adeo ut nihil par-  
 "vum loquantur, sed talenta crepant, et alia id genus  
 "nomina, quibus vti beatis conueniat. praeterea ducunt  
 "aut reguni meminisse non patitur, nec memoria te-  
 "nere amicos et familiares. nam et homines arimat  
 "etiam aduersus sibi carissimos, facitque, ut apparent  
 "omnium alienissimi: cumque sobrii facti fuerint, et  
 "vinum nocte exhalando crapulam edormierint, sur-  
 "gunt ignari omnium, quae per ebrietatem cominiserant  
 "Ex hisce ego coniectura assequor, vinum rerum om-  
 "nium potentissimum esse, nihilque eo esse vehementius.

4. Postquam primus, ista de vini viribus loquutus,  
 sicut, proximus coepit de regis potestate verba facere,  
 eam ostendendo validissima esse, et maiori vi pollere,  
 quam caetera, quae suos impetus aut intellectum habere  
 videntur. id quod et demonstrare conatus est ad hunc  
 modum. "Omnium quidem rerum, dicebat, penes  
 "homines esse imperium, qui et terras et maria sibi ad  
 "quoscunque usus, velint nolint, inferuire faciunt; regi-  
 "bus autem in ipsos imperium esse summa inque potesta-  
 "tem: ac proinde qui dominatum habent in animalium  
 "fortissimum et validissimum, isti iure merito censendi  
 "sunt ea esse potentia ac vi, cui omnia cedant necesse est.  
 "Quid quod, si subditis imperarint bella suscipere et pe-  
 "nicula adire, obtemperatur; et si eos inimicis obuiam ire  
 "velint, propter potestatem suam obsequentes habent: at-  
 "que est quidem, cum jubeant, ut montes demoliantur, moe-  
 "niaque et turres dejiciant. Quin et occidi et occidere, si  
 "principiatur, nunquam recusant; ne regum imperia haud

“νικήσαντες δὲ, τὴν ὀφέλειαν τὴν ἐκ τῆς πολέμου τῷ βα-  
“σιλεῖ κομίζουσι. καὶ οἱ μὴ σρατεύομενοι δὲ, ἀλλὰ γῆν  
“ἔργαζόμενοι καὶ ἀρδοῦντες, ὅταν, πονήσαντες καὶ πᾶσαν  
“τὴν τῶν ἔργων ταλαιπωρίαν ὑπομείναντες, θερίσωσι καὶ  
“τὰς καρπὸς συνέλωσι, τὰς Φόργυς τῷ βασιλεῖ κομίζουσι.  
“Οὐδὲ ἂν ὅτος εἴπῃ καὶ κελεύσῃ, τότο εἶδι αὐτός  
“ὑπερβάλλομενον γίνεται. ἐπειδὸν μὲν τευφῆς ἀπάστη  
“καὶ ἡδονῆς ἀναπιμπλάμενος καθεύδει· Φυλάσσεται δὲ  
“ὑπὸ γενγυδρούντων, καὶ ὥστανεὶ δεδεμένων ὑπὸ τῆς Φόργης.  
“καταλιπεῖν γὰρ ὀδεῖς τολμᾶ κοιμάμενον, ἀλλὰ τῶν ιδίων  
“ἀναχωρήσας ποιεῖθαι πρόνοιαν· ἀλλὰ ἐν ἔργον ἡγύμενος  
“ἀναγκάσον τὸ Φυλάττει τὸν βασιλέα, τάτῳ προστρένει.  
“πῶς οὖν ἂν ὁ βασιλεὺς δόξειν τὴν πάντων ἴχυν  
“ὑπερβάλλειν, ὃ τοσῖτον πλῆθος πείθεται κελεύοντι.

Ἐ. Σιωπήσαντος δὲ καὶ τάτῳ, περὶ τῆς τῶν γυναικῶν  
καὶ τῆς ἀληθείας ὁ τέρτος Ζοροβάβηλος διδάσκειν αὐτὸς  
ηὔξατο, λέγων ὅτας. “ἰδούρος μὲν καὶ ὁ οἶνος, καὶ ὁ  
“βασιλεὺς, ὃ πάντες ὑπακόοσιν, ἀλλὰ κρίττεις τῇ δυνάμει  
“τάτων αἱ γυναικες. τούν τε γὰρ βασιλέα γυνὴ παρήγαγεν  
“εἰς τὸ Φῶς, καὶ τὰς φυτεύσαντας ἀμπέλους, ἀλλοιοις  
“τὸν οἶνον, γυναικές εἰσιν αἱ τίκτυσται τε καὶ τεέφεσται,  
“καθ' ὅλη δὲ ὀδενέσιν, ὃ μὴ παρὰ τάτων ἔχομεν. καὶ γὰρ  
“τὰς ἐθῆτας αὗται ὑφάνεσσιν ἡμῖν, καὶ τὰ κατ' οἶκον δια  
“ταύτας ἐπιμελείας καὶ Φυλακῆς ἀξιοῦνται. καὶ ὡς ἔτι  
“ἀποζευχθῆναι γυναικῶν. ἀλλὰ χρυσὸν πολὺν κτησάμε-  
“νοι καὶ ἄργυρον, καὶ ἄλλο τι τῶν πολυτελῶν, καὶ σπε-  
“δῆς ἀξιών, ὅταν ἴδωμεν εὔμορφον γυναικα, πάντα  
“ἐκεῖνα ἀφέντες, τῷ εἶδει τῆς ὁραθείσης προσκεχήναμεν, καὶ  
“ὑπομένομεν παραχωρῆσα τῶν ὄντων ἡμῖν, ἵνα τῇ κάλλεις  
“ἀπολαύσωμεν καὶ μεταλάβωμεν. ἐγκαταλείπομεν δὲ  
“καὶ πατέρα καὶ μητέρα καὶ τὴν Θερψαμένην γῆν, καὶ τῶν  
“Φιλτάτων ληθῆν πολλάκις ἔχομεν διὰ τὰς γυναικας, καὶ  
“τὰς ψυχὰς ἀφίεναι μετ' αὐτῶν καρτερώμεν. ὅτας δὲ ἀν μά-  
“λιστα τὴν ἴχυν τῶν γυναικῶν κατανοῆσατε. εὐχὴ πονοῦντες

"ita, vti par est, exsequi videantur. quod si vicerint,  
"praedam bello partam regi afferunt. Rursum qui a mi-  
"litia abstinentes terram colunt exercentque, vbi, post  
"exantlatos labores operisque difficultates superatas, sata  
"messuerint et fructus collegerint, tributa similiter regi  
"afferunt. Quicquid autem is dixerit iusseritue, id ne-  
"cessitate coacti sine mora et cunctatione faciunt. Tum  
"demum ille quidem omne genus deliciis et voluptatibus  
"saturatus dormit: ab aliis vero custoditur vigilantibus, et  
"ad eum quasi timore alligatis. nemo enim illum, dum  
"somnum capit, audet relinquere, neque tantillum, vt  
"fua curet negotia, discedere; sed regi custodiendo, id  
"vnum sibi necesse esse vt faciat existimans, assiduitatem  
"adhibet. Idecirco fieri non potest, quia rex omnium  
"potentissimus sit, cui, si quid imperat, dicto audiens  
"est tanta multitudo.

5. Illo autem tacente, tertius Zorobabelus eos do-  
cere incepit, quid valeant mulieres et veritas, huiusmodi  
oratione. "Vinum quidem multum potest, et magnus  
"est rex, cui omnes obediunt: sed istis praepotentiores  
"sunt mulieres. nam et regem mulier in dias lumiñis oras  
"protulit: et vinearum satores, ex quibus vinum gigni-  
"tur, mulieres et pariunt et educant. In vniuersum ni-  
"hil est, quod non illis acceptum debeamus. nam et il-  
"iae nobis vestes texunt, illarumque beneficio est, quod  
"res domesticae currentur et seruentur. Nec possimus  
"vitam agere absque seminarum confortio. Sed si forte  
"multum auri comparauerimus et argenti, aliudue quid-  
"piam pretiosum et magni faciendum, primo adspectu  
"mulieris venustae haec omnia missa facinus, visaque  
"formam inhibamus et deperimus; imo bonisque nostris  
"aequo animo cedimus, modo pulchritudine illius frui  
"daretur et potiri. Quinetiam patrem et matrem terram  
"que altricem relinquimus, et in carissimorum saepenu-  
"mero obliuionem venimus propter mulieres; ac ne com-  
"mori quidem cum illis refugimus. Ex hoc autem maxi-  
"me licet intelligere, quantum feminae potestate habent.

"καὶ πᾶσαν ταλαιπωρίαν ὑπομένοντες καὶ διὰ γῆς καὶ θαύματος,  
λάστης, ὅταν ἡμῖν περιγένεται τὴν εἰκόναν τῶν πόνων, αὐτὰς  
φέροντες ὡς δεσποτίνας ταῖς γυναιξὶ διδόσαμεν; καὶ τὸν  
βασιλέα δὲ τὸν τοσσότων κύριον εἶδόν ποτε ὑπὸ τῆς Ραβέζης  
ζάκη τῷ Θεμακού παύδος Απάμης, παλλακῆς δ' αὐτῷ,  
ραπτικόμενον, καὶ τὸ διάδημα αφαγεμένης καὶ τῇ ἴδιᾳ  
κεφαλῇ περιτιθέσθης ἀνεχαμένη, καὶ μαδικής μὲν μετονομασθείσης  
διώντας, ὁργίζομένης δὲ φυιδεωτάζοντα, καὶ τῇ τῷ πόνῳ  
θῶν μεταβολῇ κολακεύοντας τὸν γυναικα, καὶ διελλάτης  
τούτα αὐτὴν ἐν τῷ σφρόδερῳ παποταίνου εἰτὸν στοινον, εἴποτε  
δυνχερεσίνασταν ἐβλεπεν.

5. Εἰς ἀλλήλας δὲ αὐθορμάτων τῷ στατρακῷν καὶ ηγεμόνων, περὶ τῆς ἀληθείας ἥρξατο λέγειν. "ἀπέδειξε  
μὲν, εἰπὼν, δόσον ιχύσσον σῇ γυναικες· αἰδενέετερα δὲ  
δρωταὶ αὐταὶ καὶ ὁ βασιλεὺς τῆς ἀληθείας υπάρχεισιν· εἰ  
γάρ εἶνι οὐ γῆ μογίτη, καὶ ὑψηλὸς ὁ ἄρχανς; καὶ ταχὺς  
δρόμοι ὁ ἥλιος, ταῦτα δὲ πάντα κινεῖται κατὰ βόλητον  
τῷ Θεῷ, ἀληθινὸς δέ εἶτι δόσος καὶ δίκαιος. οὐπό τῆς αὐτῆς  
αἰτίας δέ καὶ τὴν ἀληθείαν ιχυροτάτην ἡγείθαι, καὶ  
μηδὲν πρὸς αὐτὴν τὸ ἄδικον δυνάμενον. ἔτι γε μὴν τὰ  
μὲν ἄλλα θυητὰ καὶ ἀκύμορα εἶναι συμβέβηκε, τῶν ιχύν  
ἔχοντων· αθάνατον δὲ οὐ ἀληθεία χρῆμα καὶ αἴδιον.  
παρέχει δὲ ἡμῖν εἰς κάλλος χρεούματανομένους, γινέτε περ  
γοσίαν αὐθορμετὴν ὑπὲρ τύχης· ἀλλὰ τῷ δίκαιῳ καὶ τὰ νόμιμα,  
διακρίνοστα ἀπ' αὐτῶν τὰ ἄδικα καὶ ἀπελέγχοστα.

6. Καὶ καταπάνει μὲν ὁ Βοροβάθηλος τὸν περὶ τῆς  
ἀληθείας λόγον, ἐπιβοήσαντες δὲ τοῦ πλήθεος ὡς ἄριστοι  
εἰπόντος, καὶ ὅτι τὸ ἀληθές ιχὺν ἀτέρεπτον καὶ ἀγήρω μόνον ἔχοι, προσέταξεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς αἰτήσαθαι τι παρεξῆν  
ῶν αὐτὸς ἦν ὑπερχρημένος. δώσειν γάρ ὅντι σοθῶ καὶ τῶν  
ἄλλων μᾶλλον Φανέντι συνετῶ. συγκαθεδήσῃ δέ μοι,  
Φησί, καὶ κληθήσθησυγγειής ἐμός. ταῦτα εἰπόντος, ὑπέμυησεν  
αὐτὸν τῆς εὐχῆς, ἦν ἐποίησατο, εἰ λαίβοι τὴν βασιλείαν·  
αὕτη δ' ἦν ἀνοικοδομησαμένη Ιεροσόλυμα, κατασκευάσατο

"nonne laborantes et omnem terra marique miseriam  
"perferentes, id totum, quod multo labore paramus,  
"vxoribus, veluti in nos imperium tenentibus, affertus  
"damusque? Regem etiam ipse, tantarum rerum domi-  
"num, vidi aliquando ab Apaine, Rabezaci Thebiasii filia,  
"eius concubina, alapis caedi, cum ille Interea non in-  
"dignaretur; quod illa ei de capite diadeima abstulerit et  
"sibi imposuerit; sed ardentem arfideret et succensenti tri-  
"stis appareret, variosque induendo affectus mulieri blan-  
"diretur, ipsamque sibi reconciliaret se se multum subimit-  
"tendo, quandocumque eam aegre aliquid ferre animad-  
"verteret.

6. Hic cum duces et satrapae inter se se confuerentur, ille verba de veritate sic facere instituit. "Monstrauit  
"quidem, quantum mulieres pollent: debiles tamen istas  
"et rex, si eum veritate conferantur. Nam cum terra sit  
"maxima, et coelum excelsum, et sol cursu velox, et haec  
"omnia Dei voluntate moueantur, atque is verax sit et iu-  
"stus: consequitur, ut veritas habeatur omnium potentissi-  
"ma, quodque nihil contra eam iniquitas valeat. Quin,  
"et alia quidem, ex iis, quae pollere videntur, mortalia  
"esse et caduca contigit; veritas vero res aeterna est, vi-  
"getque in omnem perpetuatem. Nobis autem non dat  
"pulchritudinem, quae tempore marcescit, dicituriasque, quas  
"fortuna solet auferre: sed iusta et legitima, ab iis secer-  
"nendo, quae iniusta sunt, eaque redarguendo.

7. Et quidem ubi Zorobabelus de veritate loquutus finem fecit, omnes vero exclamarunt, quod optime dixisset, et quod sola veritas suapte vi immutabilis sit, et nunquam senescat, iuslit eum rex petere aliquid praeter ea, quae ipse pollicitus est. Illi enim daturum esse, ut viro sapienti, qui que visus fuerit caeteris prudentia praestare, mecum etiam, inquit, una sedebis, meusque vocabere cognatus. Tunc ita loquutum voti monuit, quo se adstrinxit, si regnum esset adepturus: voverat enim Hierosolyma instauraturum esse, Deique etiam templum illis aedifi-

δὲ ἐν αὐτοῖς τὸν τῷ Θεῷ ναὸν, ἀποκατασῆσαι δὲ καὶ τὸ σκεῦη, ὅσα συλήσας Ναζυχοδόνοσορος εἰς Βαβυλῶνας ἐκόμισε. καὶ τῷτο, ὅφη, τύμὸν αἴτημά ἔιν, ὁ μοι νῦν ἐπετέπεις αἰτήσαθα, κριθέντι σοφῷ καὶ συνετῷ.

η'. Ηθεῖς ἐπὶ τύτοις ὁ Βασιλεὺς, ἀνασὰς κατεφύλπσε τε αὐτὸν, καὶ τοῖς τοπάρχαις καὶ σατράπαις γράφει, κελύων προσέμψαι τὸν Ζοροβάβηλον παῦ τὸς σὺν αὐτῷ μέλλοντας ἐπὶ τὴν οἰκοδομὴν ἐξίεναι τῷ ναῷ. ἐπέσειλος δὲ καὶ τοῖς ἐν Συρίᾳ καὶ Φωνίῃ, ξύλα κέδρινα κατακομίζειν ἐκ τῆς Λιβάνου τεμόντας εἰς Ιεροσόλυμα, καὶ συγκατασκυπάζειν αὐτῷ τὴν πόλιν. καὶ πάντας ἔγραψεν ἐλευθέρες εἶναι τὰς εἰς τὴν Ιεδαίην τῶν αἰχμαλώτων ἀπελθόντας, καὶ τὰς αὐτὴς ἐπιτρόπους καὶ σατράπας ἐκάλυψεν ἐπιτάττειν τοῖς Ιεδαιοῖς τὰς βασιλικὰς χρείας· ἀνῆκε τε πᾶσαν ἣν ἀν καταχεῖν δυσκῶσσε τῆς χώρας ἀτελῆ Φόρους αὐτὰς. ιέμεθαμ· προσέταξε δὲ καὶ τὰς Ιδυμάγες καὶ Σαμαρεύτας καὶ τὰς ἐκ τῆς Κολλις Συρίας ἀφεῖναι τὰς καύματας ἃς τῶν Ιεδαιών κατεῖχον, καὶ προσέτι τάλαντα πεντήκοντα εἰς τὴν οἰκοδομίαν τῷ ιερῷ δοθῆναι. Θύειν τε αὐτοῖς τὰς νενομισμένας θυσίας ἐπέτρεψε· καὶ τὴν χορηγίαν ἀπασχαν, καὶ τὴν ιερὰν φολὴν. η' Θεραπεύεσσι τὸν Θεὸν, ὃ τε ἀρχιερεὺς καὶ οἱ ιερεῖς, ἐκ τῶν ιδίων γίνεθα, καὶ τοῦ Λαυταρεῖ τὰ ὄργανα, οἵς ὑμνεῖσι τὸν Θεὸν. καὶ τοῖς Φύλαξι τῆς πάλαις καὶ τῷ ναῷ προσέταξε πλήρες γῆς δοθῆναι, καὶ καταβάκασον ἔτος ὠρισμένον τὸ πρᾶς τὴν τῷ Βίῳ χρείαν ἀργύριον. πέμψας δὲ καὶ τὰ σκεῦη καὶ πάντα, ὅσα Κῦρος πρὸ αὐτῷ ἐβιβλήθη περὶ τῆς τῶν Ιεδαιών ἀποκατασάσεως, ταῦτα καὶ Δαρεῖος διετάξατο.

θ'. Τυχὼν δὲ τύτων παρὰ τῷ Βασιλέως ὁ Ζοροβάβηλος, ἐξελθὼν ἀπὸ τῶν βασιλείων, καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν θρανὸν, εὔχαριτεῖν ἥρξατο τῷ Θεῷ τῆς σοφίας καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ νίκης, ἣν Δαρεῖος παρόντος ἔλαβεν. ἡ γὰρ ἀν τύτων ἀξιωθῆναι, μὴ σὺ, Φησί, δέσποτα, τυχὼν εὐφειῆς. ταῦτ' οὖν περὶ τῶν παρόντων εὐχαριτήσας τῷ Θεῷ, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα δεηθεὶς αὐτὸν παρέχειν ὅμοιον, ἤκουεις Βαβυλῶνα,

esturam, porroque vasa a Nabuchodonosoro sublata et Babylonem deportata restituturum. Et nunc hoc est, quod a te peto, id quod mihi petere permisisti, quem sapientem et prudentem reputare dignatus es.

8. Rex istic laetus surrexit, eumque deesculatus scribit ad toparchas et satrapas, iubens, ut Zorobabelum eiusque comites, ad Hierosolyma instauranda profecturos, deducerent. Deinde Syriae Phoeniciaeque praesidibus per epistolas mandauit, vt ligna cedrina in Libano excisa Hierosolyma transferrent, cuinque illo urbem exstruerent. praeterea que captiuis omnibus Iudeam potentibus scripto de libertate cauit, et procuratores suos et satrapas vetuit quidquam in regios usus a Iudeis exigere: atque omnem, quam tenerent, regionem, permisit eis a tributis immunitem colere. Idumacis etiam et Samaritanis et Coelestis Syriae accolis imperauit, vt quos tenerent Iudeorum viros diuitterent, itemque ad templi structuram quinquaginta talenta conferrent. ipsis etiam iuxta patrias leges sacra facere permisit; quaeunque apparatum, et sacrum vestitum, quo in re diuina vuntur et pontifex et reliqui sacerdotes, de suis confici, vt et Leuitis instruimenta, quibus Deum laudant, itemque urbis et templi custodibus terras assignari iussit, certamque quotannis pecuniam ad usus vitae necessarios. Missisque Dei vasibus Hierosolyma, etiam quaecunque ante ipsum Cyro facere in animo erat in Iudeorum restituitionem, ista quoque Darius fieri praecepit.

9. Zorobabelus autem hanc a Rege gratiam consequutus, quam primum regiam egressus est, sublato in coelum vultu, coepit gratias Deo agere, qui sibi sapientiam dederit, eiusque ope victoram, quam coram Dario reportauit. ista enim hand assequutum fuisse, nisi te, inquit, Domine, propitium habuerim. Itaque cum has Deo pro praesentibus gratias retulisset, petiisseque, vt similem ei in posterum benevolentiam praeflaret, Babylonem proiectus est, suisque popularibus haetum a Rege

καὶ τοῖς ὁμοφύλοις εὐηγγελίσατο τὰ παρὰ τῷ βασιλέως.  
οἱ δὲ αὐχόσαντες σύχαριτος μὲν τῷ Θεῷ, πάλιν αὐτοῖς  
ἀποδιδέντι τὴν πάτριον γῆν· εἰς δὲ πότον καὶ κάμικς τρα-  
πέντες, ἐφ' ἡμέρας ἐπτά διηγαγον εὐώχθμενοι, καὶ τὴν  
ἀνάκτησιν καὶ παλιγγενεσίαν, τῆς πατρίδος, διετάξουτες.  
ἔπειτα τὰς ἀναβοτομένας εἰς τὰ Ιεροσόλυμα ηὔεμόνας ἐκ  
τῶν πατρίων. Φυλᾶν σὺν χρηστοῖ καὶ τόκνοις καὶ ὑποχρ-  
γίοις ἐπελέξαντο. οἱ Δασεῖς συμπέμψαντος ἔως τῶν Ιερο-  
σολύμων ὥδενοτ μετὰ χαρᾶς καὶ τρυφῆς, Ψαλλόμενοι καὶ  
καταυλάμενοι καὶ περιψύχομενοι τοῖς κυμβάλοις· προ-  
πεμψὲ δὲ αὐτὸς καὶ τὸ ὑπολειπόμενον τῶν Ιudeῶν πλῆ-  
θος μετὰ παρδίας.

Ι. Καὶ οἱ μὲν ὅτις ἀπήνεσαν ἐξ ἐκάστης πατριῶς ἀ-  
ριθμὸς ὄντες ωρισμένος. ὁμοὶ δὲ ἐπὶ ἕδοξῃ τὰ τῶν πατριῶν  
καταλέγειν ὄνοματα, ἵνα μη, τὴν τῶν ἀναγυνωσκόντων  
διάνοιαν τῆς συναφῆς τῶν πρεγμάτων ἀποσπάσας, δυσ-  
παρακολούθητον αὐτοῖς ποιῶσα τὴν διήγησιν. τὸ δὲ κεφά-  
λαιον τῶν ἀπερχομένων πρεξὶ ἐτηδώδεικα τὴν ηλικίαν γεγο-  
νότων, ἐκ τῆς Ιερᾶς Φυλῆς καὶ Βενιαμίτιδος ἢν μυριάδες  
τετρακόσιοι ἐξήκοντα δύο καὶ ὅκτακισιλίοι. Λευίται δὲ  
τέσσαρες καὶ ἐθδομήκονται· γυναικῶν δὲ ἀναμίξ καὶ πα-  
δῶν σώματα ἢν τετρακοσίμεροι ἐπτακόσια τεσσαράκοντα  
δύο. παρεξ δὲ τούτων Λευίτηι μὲν ἡσαν ὑμνῳδοὶ ἐκατὸν  
εἴκοσι καὶ ὅκτω, πυλωροὶ δὲ ἐκατὸν καὶ δέκα, δοῦλοι δὲ  
ιεροὶ τετρακόσιοι ἐνενήκοντα δύο. ἄλλοι τε πρὸς τούτοις, λέ-  
γοντες μὲν εἶναι τῶν Ισραηλίτῶν, οὐ δυνάμενοι δὲ ἐπιδεῖξαι  
τὸ γένος αὐτῶν, ἐξαπόσιοι ἐξήκοντα δύο. ἐξεβλήθησαν δέ  
τινες καὶ τῶν ιερέων ἐκ τῆς τιμῆς πύμενοι γυγαῖκας, ὧν οὕτε  
αὐτοὶ τὸ γένος εἶχον εἰπεῖν, οὕτε ἐν ταῖς μενεαλογίαις τῶν  
Λευίτῶν καὶ ιερέων εὑρέθησαν. ἡσαν δὲ ὡς πεντακόσιοι καὶ  
εἴκοσι καὶ πέντε. τὸ δὲ τῶν θεραπόντων πλῆθος εἴπετο  
τοῖς ἀναβαύσασιν εἰς Ιεροσόλυμα, ἐπτακισιλίοι τετρακόσιοι  
τετράκοντα ἐπτά. φάλται δὲ καὶ φάλτεια διακόσιοι τεσ-  
σαράκοντα πέντε, καμηλοὶ τετρακόσιοι τετράκοντα πέντε,

suncium attulit. Atque hi, istis auditis, Deo quidem gratias egerunt, qui iterum ipsis missionem dedisset in patriam terram; in compotationes vero et comedulationes versi septem dies multa hilaritate exegerunt, ob patriam receptam et instauratam festa celebrantes. Postea delesti sunt ad profactionem Hierosolymitanam patriatum triuum principes, cum suis viroribus et liberis et iumentis. Missisque a Dario, qui eas Hierosolyma perducerent, iter faciebant cum laetitia et luxu, psallentes et tibiis sonantes et cymbalis perspicentes: prosequente eos et ludente etiam reliqua Iudeorum multitudine.

10. Atque illi quidem ita profecti sunt, & singulis cognationibus numerus certus et definitus. Mihi autem non visum est eas nominatio percensere, ne, dum lectoris mens a rerum serie auocetur, fiat, ut narrationem deinceps haud facile assequatur. Omnium autem abeuntium, ex tribu Iudee et Beniaminis, qui annuin duodecimum superarent, summa erat myriades ccccxxii. et millia viii. Porro Leuitae erant septuaginta et quatuor: promiscuae vero multitudo puerorum ac mulierum numerus erat quadraginta millia; septingenti quadraginta duo. At praecetera Leuitici generis cantores erant centum et viginti octo: ianitores vero centum et decem: sacerorum autem servi trecenti nonaginta duo. Ad haec et alii, qui se ex Israëlitis esse dicebant, non tamen potuere suam familiam et stirpem ostendere, sexcenti sexaginta duo. Quidam autem e sacerdotibus abdicati sunt sacerdotii honore etiam qui vxores duxerant, quorum nempe nec ipsi genus indicare potuere, nec in tabulis scriptis Leuitarum et sacerdotum reperti sunt. erant autem fere quingenti et viginti quinque. Eos autem, qui Hierosolyma adiicenderunt, sequebatur servorum multitudo, qui erant septem millia trecenti triginta septem cantores etiam et psaltriae ducenti quadraginta quinque, camelii quadrigenti triginta quinque, iumentaque quinque millia.

οποργύκα δὲ πεντακιχίλια πεντακόσια εἴκοσι πέντε. ἡγεμών δὲ τῆς κατηγραμμένης πληθύνος ἦν, ὁ Σαλαμίνης παῖς Ζοροβάβηλος ἐκ τῶν οἰωνῶν τοῦ Δαυΐδος, γεγονὼς ἐκ τῆς Ιουδα Φυλῆς, καὶ Ἰησοῦς υἱὸς Ιωσεδέκη τοῦ ἀρχιερέως. πρὸς τούτοις δὲ καὶ ὁ Μαρδοχαῖος καὶ Σερεβαῖος, ἐκ τῆς πλήθεως κοκριμένοι ἀρχοντες ἡσαν· οἱ καὶ συνεβάλλοντε μνᾶς μὲν χρυσία ἐκατόν, ἀργύρου δὲ πεντακιχίλιας. Ὅτε μὲν οὖν οἱ τε ιερεῖς καὶ οἱ λευπάται καὶ μέρος τῆς πεντὸς λαῶς τῶν Ιεδαιῶν, ὅσαν ἦν εὐ τῇ Βαβυλῶνι, καταφύλακτοι εἰς τὰ Ιεροσόλυμα· τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος εἰς τὰς ιδίας ἀνεχώρησαν πατερίδας.

### ΚΕΦ. δ'

Ως ὁ ναὸς ἀνωκοδόμηται, τῶν Χρθαίων μάτην σπεδαζόντων σὸν ἔργον ἐμποδίζειν.

**Ε**βδόμῳ δὲ μηνὶ τῆς απὸ Βαβυλῶνος αὐτῶν ἡξήδης, περὶ πόμψιαντες ὅ, τῷ ἀρχιερεὺς Ιησοῦς καὶ ὁ Ζεροβάβηλος ἀρχῶν, τὸς ἀπὸ τῆς χώρας συνήγαγον εἰς Ιεροσόλυμα πανδίμει, μηδενὶ προθυμίας ἀπολιπόντας. καὶ κατεπιεύσαν Θυσιαστήριον, ἐφ' ἧς καὶ πρότερον ἦν ἀνωκοδομημένον τόπος, ὅπως τὰς νομίμας αναφέρεσσι Θυσίας ἐπ' αὐτῇ τῷ Θεῷ κατὰ τὰς Μωυσεῖς νομάς, ταῦτα δὲ ποιῶντες ἐκ οὗτοις ἐν ἥδοι τοῖς προδρόμοις ἐθύεσσι, πάντων αὐτοῖς ἀπεχθανόμένων. πραγματοποιήσαντες δὲ καὶ τὴν σημειοποιηγίαν κατ' ἐμεῖνον τὸν καιρὸν, ὡς ὁ νομοθέτης περὶ αὐτῆς διετάξατο, καὶ προσφορὰς μετὰ ταῦτα, καὶ τὰς καλωμένης ἐνδελεχισμάτες, καὶ τὰς Θυσίας τῶν σαββατῶν καὶ πασῶν τῶν ἀγίων ἰσορτῶν. οἵτε πεποιημένοι τὰς εὐχὰς ἀπεδίδοσαν, Θύοντες ἀπὸ νυμνίας τὴν ἑβδόμην μηνός. ἡρξάντο δὲ καὶ τῆς οἰκοδομίας τῆς ναῶς, πολλὰ τοῖς τε λατόμοις καὶ τέκτοσι χρέμματα δόντες, καὶ τὰ πρὸς τροφὴν τῶν βισταγομένων. τοῖς τε Σιδωνίοις ἥδū καὶ κύΦοις ἦν, τὰ τε κέδραις κατάγυρτοι ἐκ τῆς Λιβάνου ξύλα, δῆσασιν αὐτὰ καὶ ζεύδαις πηγαμένοις, εἰς τὸν τοῦ

quingenta viginti quinque. Dux autem multitudinis re-  
censitae erat Zorobabelus, Salathieli filius, tribus Iudea-  
rum stirpe Davidis prognatus, et Iesus, Iosedeci pontificis fi-  
lius. praeter hos etiam et Mardochaeus et Serebaeus e  
plebe delecti ductores facti sunt: qui etiam contulerunt  
auri quidem minas centum, argenti vero quinques mille.  
Et quidem in hunc modum sacerdotes ac pars quaedam  
totius populi Iudeorum, qui tum apud Babylonem erat,  
ad Hierosolyma habitanda deducti sunt: reliqua vero  
multitude ad sedes suas patrias discessit.

## CAP. IV.

*Quomodo exstructum est templum, Chuthaeis frustra an-  
nentibus, ut opus impedian.*

**S**eptimo autem mense, postquam illi Babylone egressa  
erant, Iesus pontifex et Zorobabelus princeps, missis  
circumquaque nuncis, universi populi multitudinem •  
regione Hierosolyma conuocarunt, qui cupidissime eo  
conueniebant: aramque construxerunt in eodem, quo  
prius aedificata erat, loco, ut super ea Deo sacra sol-  
lennia facerent iuxta leges a Moysi praescriptas. Quae  
dum fierent, haud sequis oculis eos adspiciebant gen-  
tes finitimae, utpote omnes illis infestae. Quin et um-  
braculorum festum illo tempore egerunt, prout de  
eo legislator constituerat; ac deinde oblationes, et  
iugis sacrificii, ut vocatur, holocausta, et sabbato-  
rum, omniumque consecratorum festorum hostias, qui-  
que vota nuncuparant, ea reddiderunt, sacrificiis fieri  
coepitis a septimi mensis nouilunio. Insuper et templi  
exstructionem aggressi sunt, multa pecunia lapicidis  
et fabris data, ciboque et potionē iis, qui materiem  
aduehebant. id quod et Sidonii facile et libenter praef-  
stabant, ligna cedrina e Libano deducentes, quae col-  
ligarunt et in ratem compegerunt, ut in portum Iop-

Ιόπης κομίζειν λαμένα. τότε γαρ πρῶτοι μὲν Κῦρος ἐκέλευσε, τότε δὲ Δαρεῖς κελεύσαντος ἔγενετο.

β. Εν τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς εἰς Ιεροσόλυμα καθόδου, τῶν Ιεδαιῶν μηνὶ δευτέρῳ παραγενομένων, συνείχετο ἡ τῇ ναῦκατασκευή· καὶ τὸς Θεμελίας ἐγέραντες τὴν υφινίσε τὴν δευτέρην μηνὸς τῷ δευτέρῳ ἔτης ἐπωκοδόμουν, προσπάμενοι τῶν ἔργων Δευτέρην τὰς εἰνοσοῦν ἔτος ἥδη γεγονότας, καὶ Ιησοῦν καὶ τὰς οὐρὰς μόντε καὶ τὰς αἰδελφὰς, καὶ Ζωδιάλον τὸν ἀδελφὸν Ιεδαῖον Αρηαδάβυ καὶ τὰς οὐρὰς αὐτῶν, καὶ ὁ μὲν θάσος, πάσῃ χέρταιμένων σπάδῃ τῶν τὴν ἐπιμέλειαν ἐγκεχειρισμένων, Σαττον, ἡ προσεδόκησεν ἄντις, ἐλαβε τέλος. ἀπαρτιθέντος δὲ τοῦ ιεροῦ, μετὰ σαλπίγγων οἱ λερεῖς ταῖς συνάθεσι, βολαῖς κεκοσμημένοι, καὶ οἱ Δευτεραὶ καὶ οἱ Αστάφιοι παῖδες σανασάντες ὑμνουμένοι τοὺς Θεούς, οἵ τὴν εἰς τούτον εὐλογίαν Δευτερᾶς κατέδειξ, πρώτος. οἱ δὲ ιερεῖς καὶ Δευτεραὶ καὶ τῶν πατερῶν οἱ πρεσβύτεροι, τὸν πρότερὸν πάσιν τῶν μονήματος ἀναπολεῦτες, μέγυπτόν τε καὶ πολυτελέστετον, καὶ τὸν γεγενημένον ὑρέστετες ὑπὸ πτωχείας ἐνδεέσθετον τῷ πάλαι κατασκευασθέντον, ὅσον εἴεν τῆς αρχῆς εὑδαιμονίας ὑποβεβηκότες καὶ τῆς αἵδιας τοῦ ναοῦ λογιζόμενοι, κατήθουν, καὶ τῆς ἐπὶ τέτω λύπης κρατεῖν φύναμενοι, μέχρι θερινῶν καὶ δακρύων προσῆγοντο. οἱ δελαὸς ὑγάπτοις παρεστησαντες, καὶ τῷ μοναχοὶ οἰκοδομῆσαι τοῦ ιεροῦ, τοῦ πρότερον ὄντος ὥδενα λόγου ποιήμενος ψδ ἀνάμνησι, ψδὲ πρὸς τὴν σύγκηματι ἐμένη Βαστακίδην αὐτὸν, ἀστέπτοντες ἐπάλτησιν φίσι ὑπέλαβον. ὑπερεφώνειος δὲ τοῦ τῶν σαλπίγγων ἦχον, καὶ τὴν τοῦ πλήθεως χαρᾷ, ἡ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ιερέων, ἢ φοίσι ἐδόκουν θλαστεύειν τὸν ναὸν τοῦ πατερού τοῦ Φέντος, οἵματη.

γ. Τῆς δὲ βοῆς τῶν σαλπίγγων ἀκούσαντες οἱ Σαμαρεῖται· ἐτύγχανον γορέ απεκθανόμενοι τῇ τε Ιεδαίᾳ Φυλῆ καὶ τῇ Βενιαμίτει· συνέδεσμον, τὴν αὐτίαν τοῦ Ιορδάνου παθεῖν θέλοντες. γνώντες δὲ τὰς σάχμαλωτιθέντας εἰς Βαβυλῶνα τῶν Ιudeίων ἀνακτύγοντας τὸ ιερὸν, προσίστη-

pes mari conaecherentur. Nam hoc quidem a Cyro imperatum erat, tunc vero iusu Darii fiebat.

θερίαν, λέγων γάρ. “ἔξιν ἔθνος Ιεδαίων λεγόμενον, οἱ πόλιιν  
“οὐχιρὰν καὶ μεγάλην ἔχοντες Ιεροσόλυμα, ταῦτην ὑπερεῖδον  
“ὑπὸ Πτολεμαίου γενομένην, ὅπλα λαβεῖν ἐθελήσαντες, ἀλ-  
“λὰ διὰ τὴν ἀκαλέου δεισιδαιμονίαν χαλεπὸν ὑπέμειναν  
“ἔχειν δεσπότην.” Αγαθαρχίδης μὲν οὖν ταῦτα περὶ τῷ  
ἔθνες ἡμῶν ἀπεφήνατο. ὁ δὲ Πτολεμαῖος πολλὸς αἰχμαλώ-  
τας λαβὼν, ἀπό τε τῆς ὁρεωῦς Ιεδαίας καὶ τῶν περὶ τὰ Ιερο-

## CAP. I.

*Quomodo Ptolemaeus, Lagi filius, Hierosolymis et Iudea dolo occupatis, multos inde deportauit in Agyptum.*

**I**GITVR Alexander Macedonum rex, subacto Persarum imperio, et constitutis (vt iam dictum est) Iudaeae rebus, vitam finiit: ac distracto in multos imperio, Antigonus Asia potitur, Seleucus Babylone et illius tractus nationibus, Lysimachus Hellespontum obtinuit, Macedoniam occupauit Cassander, Agyptum autem tenuit Ptolemaeus, Lagi filius. Hi dum inter se dissident, et de imperio quisque suo contendunt, fiebat, vt continua longaque bella gererentur, vrbesque affligerentur, et multos ciuium in certaminibus amitterent, adeo ut omnis Syria a Ptolemaeo, Lagi filio, (qui tum Soter, hoc est Seruator, appellabatur) longe aliter afficeretur, quam eius nomine dignum esset. Is etiam Hierosolymam per fraudem et proditionem occupauit. Ingressus enim Sabbato in vrbe per speciem sacrificandi, ne prohibentibus quidem Iudeis (neque enim hostem esse putabant, et tum quia nihil mali suspicabantur, tum propter diem otium et quietem agebant) vrbe nullo labore potitus est, eamque acerbe tractauit et inclementer. Hisce, quae diximus, etiam Agatharchides Cnidius, qui res a successoribus Alexandri gestas conscripsit, testimonium perhibet, superstitionem nobis exprobrans, vt qui libertatem propter eam amiserimus, isliusmodi verbis. "Est gens, quae Iudeorum dicitur, qui vrbe incolentes magnam et bene inunitam nomine Hierosolyma, passi sunt eam in Ptolemaei potestate venire, quod arma capere noluerint, atque ex superstitione in tempestiuia crudeli dominatui se subiecerunt." Et Agatharchides quidem de gente nostra haec memoriae prodidit. Caeterum Ptolemaeus, multis hominibus captis, tum ex Iudeae montanis, locisque circa Hierosolymam, multos inde deportauit in Agyptum.

σόλυμα τόπων, καὶ τῆς Σαμαρείτιδος, καὶ τῶν ἐν Γαριζὲν,  
κατώκιστην ἀπαντας εἰς Αἴγυπτον ἀγαγών. ἐγγωκὼς δὲ τὰς  
ἀπὸ τῶν Ιεροσολύμων περὶ τε τὴν τῶν ὅρκων Φυλακὴν καὶ τὰς  
πίστις Βεβαιωτάτης ὑπάρχουσταις, ἐξ ὧν ἀπειρήναντο Λλεξάν-  
δρῷ πρεσβευταμένῳ πρὸς αὐτὰς, μετὰ τὸ ορατῆσα Δαρεῖον  
τῇ μάχῃ· πολλὰς αὐτῶν εἰς τὰ Φρέγρια καταλοχίσας, καὶ  
τοῖς Μακεδόσιν ἐν Λλεξανδρείᾳ ποιῆσας ισοπολίτας, ὅρκος  
Ἑλλαβε παρὸς αὐτῶν, ὅπως τοῖς ἐκγόνοις τῷ παραθεμένῳ τῇ  
πίστιν διαφυλάξωσιν. ὃκ ὀλίγοι δὲ ὄδε τῶν ἄλλων Ιαδαίων  
ὑκνήστως εἰς τὴν Αἴγυπτον παρεγένοντο, τῆς τε ἀρετῆς τῶν τό-  
πων αὐτὰς καὶ τῆς τῷ Πτολεμαίῳ Φιλοτιμίᾳ προσηκαλεμέ-  
νης. σάστις μέντοι γε τοῖς ἐκγόνοις αὐτῶν πρὸς τὰς Σαμαρεί-  
τας, τὴν πάτριον ἀγωγὴν τῶν ἔθῶν ἀποσώζειν προσμένε-  
νοις, ἐγένοντο, καὶ πρὸς ἄλληλας ἐπολέμεν, τῶν μὲν Ιεροσο-  
λυμιτῶν τὸ παρὸς αὐτοῖς ιερὸν ἄγιον εἶναι λεγόντων, καὶ τὰς  
Φυσίας ὥκει πέμπει ἀξιώντων· τῶν δὲ Σαμαρείτῶν εἰς τὸ  
Γαριζὲν ὅρος κελευόντων.

## ΚΕΦ. Β'.

Ως Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος τὰς Ιαδαίων νόμους εἰς τὴν  
Ελληνικὴν γλῶσσαν μετέβαλε, καὶ πολλὰς αἰχμαλώ-  
τας ἀπέλυσε, καὶ ἀναδήματα πολλὰ ἀνέθηκε τῷ Θεῷ.

**Β**Ασιλεύσαντος δὲ Λλεξανδρεὺς ἔτη δώδεκα, καὶ μετ' αὐτὸν  
Πτολεμαίῳ τῷ Σωτῆρος τεσσαράκοντα, ἔπειτα τὴν Βασιλείσαν  
τῆς Αἴγυπτος παραλαβὼν ὁ Φιλάδελφος, καὶ καταρχὴν αὐ-  
τὴν ἐπ' ἔτη ἐνὸς δέοντος τεσσαράκοντα, τὸν τε νόμον ἡγι-  
νευσε, καὶ τὰς διλεύοντας ἐν Αἴγυπτῳ τῶν Ιεροσολυμιτῶν  
ἀπέλυσε τῆς διλείας, ὃντας δώδεκα μυριάδας, ἐξ αἰτίας  
τοιαύτης. Δημάτριος ὁ Φαληρεὺς, ὃς ἦν ἐπὶ τῶν Βιβλιοθη-  
κῶν τῷ Βασιλέως, σπεδάζων, εἰ δυνατὸν εἴη, πάντας τὰς κατὰς  
τὴν οἰκουμένην συναγαγεῖν Βιβλία, καὶ συνωνύμενος, εἴ τι πχ  
μόνον ἀκάστει σπεδῆσαι ἄξιον ἢ ἡδὺ τῇ τῷ Βασιλέως προσαιρέ-  
σαι, μάλιστα γὰρ περὶ τὴν συλλογὴν τῶν Βιβλίων εἶχε Φιλο-

lyma, tum ex Samaria et Garizin, omnes in Ægyptum transiit. Cumque Hierosolymitanos iurisiurandi fidei quo obseruantissimos ex iis intelligeret, quae Alexandri legis post victimum ab eo Darium responderant, multos eorum in praesidiis dispositi, et cum Macedonibus Alexandriae pares fecit, ac sacramento adstrinxit, seruatores fidem posteris eius, qui ipsis mandasset eam provinciam. Non pauci praeterea reliquorum Iudeorum in Ægyptum sua sponte profecti sunt, allecti partim bonitate soli, partim Ptolemaei liberalitate. Sed inter Samaritas et Iudeorum posteros instituta 'patria retinere studentes existebant contentiones, iisque inter se decerabant, dum Hierosolymitani suum templum sanctum esse contendunt, et victimas eo mitti volunt; Samaritae contra, in montem Garizin.

## CAP. II.

*Quomodo Ptolemaeus Philadelphus leges Judaicas Graecas transferendas curauit, multosque captiuos manuunisit, et multa donaria Deo consecrauit.*

CVM autem Alexander duodecim annos regnasset, et post eum Ptolemaeus Soter quadraginta, tum deum Ægypti regnum adeptus Philadelphus (quod quidem tenuit annos vnde quadraginta) et legem Iudaicam curauit transferendam, et seruientes in Ægypto Hierosolymitanos seruitute liberauit, qui fuerunt centum et viginti millia, ex huiusmodi causa. Demetrius Phalereus, regiarum bibliothecarum praefectus, operam dans, ut omnes, si fieri posset, totius orbis libros colligeret, et coemens quicquid ubique vel fama acceptisset studio dignum fore Regisque voluntati non ingratum, (nam is maximo librorum colligendorum desiderio tenebatur) omni cura et cogitatione huic rei

κάλως, συνηγονίζετο. ἐρομένης δὲ αὐτὸν πότε τῷ Πτολεμαῖ, πόστας ἥδη μυριάδας ἔχοι συνειλεγμένας Βιβλίων; τῶν μὲν ὑπαρχόντων εἶπεν εἶναι περὶ εἰκοσιν, ὀλύγος δὲ χρόνος εἰς πεντήκοντα συναθροίσαν. μεμηνῦθα δὲ ἐλεγεν αὐτῷ πολλὰ εἰναὶ καὶ περὶ τοῖς Ιεδαίοις τῶν παρ' αὐτοῖς νομίμων συγγράμματα, σπεδῆς ἄξια καὶ τῆς βασιλέως Βιβλιοθήκης· ἀλλὰ, τοῖς ἐκείνων χαρακτῆρις καὶ τῇ διαλέκτῳ γεγραμμένα, πόνου αὐτοῖς ἐπὶ ὀλύγον παρέξειν εἰς τὴν Ελληνικὴν μεταβαλλόμενα γλωτταν. δοκεῖ μὲν γὰρ εἶναι τῇ ἰδιότητι τῶν Σύρων γραμμάτων ἐμφερῆς ὁ χαρακτὴρ αὐτῶν, καὶ τὴν Φωνὴν ὁ μοίχαν αὐτοῖς ἀπηχεῖν, ἰδιότερον δὲ αὐτὴν εἶναι συμβέβηκεν. ἂδεν οὖν ἐλεγεν καλύτερον καὶ ταῦτα μεταβαλόντα· δύναθαι γὰρ τῆς εἰς ταῦτα χορηγίας εὔποροῦντα· ἔχειν ἐν τῇ Βιβλιοθήκῃ καὶ τὰ παρ' ἐκείνοις δόξας οὖν ὁ βασιλεὺς ἀριστος τὸ Δημήτειον Φιλοτιμόμενον περὶ τὸ πλῆθος αὐτῷ τῶν Βιβλίων ὑποθέσθαι, γεάφειτῷ τῶν Ιεδαίων ἀρχιερεῖ ταῦτα γίνεσθαι.

β'. Αριστὸς δέ τις, Φίλος ὅν ἐν τοῖς μάλιστα τῷ βασιλεῖ, καὶ σπεδαχόμενος ὑπὸ αὐτῷ διὰ μετριότητα, πολλάκις μὲν καὶ πρότερον ἔγνω παρακαλέσας τὸν βασιλέα, ὅπως ἀπολύσῃ τὰς αἰχμαλώτυς Ιεδαίους, ὅσοι κατὰ τὴν βασιλείαν ἤσαν αὐτῷ. καὶ τὸν δὲ ἐπιτήδειον εἶναι τῶν δοκιμάσας τῆς δεήσεως, πρώτοις περὶ τάχτη διαλέγεται τοῖς ἀρχαῖσι τῶν σωματοφυλάκων, Σωσιβίᾳ τῷ Ταραντίνῳ καὶ Ανδρέᾳ, συναγωγήσασθαι περὶ ὃν ἐντυγχάνειν μέλλει τῷ βασιλεῖ παρακαλῶν αὐτάς. προσλαβὼν οὖν καὶ τὴν τῶν προσειρημένων γνώμην ὁ Αριστὸς, προσετελθὼν τῷ βασιλεῖ λόγυς πρὸς αὐτὸν τοιάτες ἐποίησατο. “ὦ χοη ἀπατωμένες ἡμᾶς, ὡς βασιλεὺς, περιορᾶς, ἀλλὰ τάληθες ἀπελέγχειν. τὰς γὰρ τῶν Ιεδαίων νόμους ὃς μεταγενάψας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξημνεῦσας διεγυνωκότες εἰς τὸ σὸν κεχαρισμένου, τίνι λόγῳ χρώμενοι τότε πρέξαιμεν ὃν, πολλῶν Ιεδαίων ἐν τῇ σῇ βασιλείᾳ διλευσόντων; Άς, τῇ σαυτοῦ μεγαλοφυνχτᾷ καὶ χρητότητι ποιῶν ἀκολύθως, ἀπόλυτον τῆς ταλαιπωρίας, τὴν βασιλείαν σὺ διέποντος τῷ θεῷ μέντοι τὰς νόμους αὐτοῖς Θεῷ, καθὼς ἐμοὶ πολυπρεγμονέ-

ineumbebat. Ptolemaeo autem aliquando ab ipso quaerente, quot iam librorum millia collecta haberet? respondit esse iam circiter ducenta millia, et brevi congelurum ad quingenta. sibi etiam, adiiciebat, indicatum, multos esse apud Iudeos de ipsorum institutis libros studio dignos et bibliotheca regia; qui cum illorum literis et sermone scripti sint, rem fore magni laboris et molestiae, si in Graecam linguam transferantur. Videlur enim eorum scriptura plane similis esse Syrorum scripturarum, vocemque reddere consimilem, contigit tamen, ut sui generis sit. caeterum nihil, inquit, prohibet, q̄o minus eos transferendos cures (opibus enim ad hoc efficiendum polles) et in bibliotheca tua habeas. Rex igitur Demetrium, pro suo libros colligendi studio, sibi optime consulore existimans, Iudeorum pontifici scribit, vt hacc fiant.

1. Iam quidam nomine Aristaeus, Regi in primis amicus atque gratus ob modestiam, saepè antea Regem orare statuerat, vt Iudeos, quicunque in eius regno essent, manumitteret, hoc vero sibi idoneum ad ea postulata tempus arbitratus, primum ea de re agit cum satellitum praefectis, Sosibio Tarentino et Andrea, eos observans, vt se in eis, quae sit a Rege postulaturus, adiuvaret. Cumque Aristaeus eorum, quos memorauimus, sententiam accepisset, Regem adit, et cum eo agit in hunc modum. "Non deceat committiere nos, o Rex, vt decipiamur, sed verum patefacere. Cum enim id nobismet negotii dari voluerimus, vt Iudeorum leges in tuam gratiam non solum transscribantur, verum etiam vertantur, quanam ratione hoc facere possimus, cum multi Iudei feruient in regno tuo? Quos certe non alienum erit a tua magnificentia et bonitate liberare a calamitate: quandoquidem qui Deus eis leges tulit, is est, qui tuum regnum regit, quantum ego quidem quaerendo comprei. Conditorem enim vniuer-

"σαντι μαθην ὑπῆρξε. τὸν γὰρ ἄπαντα συνησάμενον Θεόν  
"καὶ ὅτοι καὶ ἡμεῖς σεβόμεθα, Ζῆνα καλλίντες αὐτὸν ἐτύμως,  
"ἄπὸ τῷ σύμπασι ἐμφύεν τὸ ζῆν τὴν ὀπίκλησιν αὐτῷ νοῦ.  
"σαντες. ὅθεν εἰς τιμὴν τῷ Θεῷ, τοῖς ἐξαιρέτον τὴν εἰς αὐτὸν  
"τὸν Θρησκείαν πεποιημένοις, ἀπόδος αὐτοῖς τὴν πατρόδια,  
"καὶ τὸν ἐν αὐτῇ βίον ἀπειληφόσιν. ἵδι μέντοι γε, ὡς βασικόν  
"λεῦ, ὡς ὅτε γένει προσήκων αὐτοῖς, ὅτε ὅμοΦυλος αὐτῷ  
"ῶν ταῦτα περὶ αὐτῶν ἀξιῶ. πάντων δὲ ἀνθρώπων δημάρχοι  
"γημα ὄντων τῷ Θεῷ, καὶ γινώσκων αὐτὸν ἡδόμενον τοῖς εἰδοῖς  
"ποιεῖσιν, ὥπερ τάτῳ καὶ σὲ παρακαλῶ.

γ'. Ταῦτα εἰπόντος τῷ Αρισταίῳ, ἀναβλέψας εἰς αὐτὸν  
ὁ βασιλεὺς ἰλαρῶ καὶ γεγηθότι τῷ προσώπῳ, πόστας, εἶπε  
ὑπολαμβάνεις τῶν ἀπολυθησομένων ἔσεδαμαι μυριάδας; ὑπὸ<sup>λαρυγγός</sup>  
τυχόντος δὲ Ανδρέου, παρεισῆκε γάρ, καὶ Φῆσαντος ὅλῃ  
πλείονας ἔσεδαμαι τῶν δέκα μυριάδων. ἢ μικρὰν ἄρα ἡμᾶς  
εἴπεν, Αρισταῖος, δωρεὰν αἰτεῖς; Σωσιβίος δὲ καὶ τῶν παρόντων  
Φησάντων, ὡς ἄξιον αὐτὸν δεῖ τῆς αὐτῆς μεγαλοφυχίας  
παρεχηκότι τὴν βασιλείαν Θεῷ χαριτήριον πείσασθαι· δια-  
χυθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἐκέλευσεν, ὅταν τοῖς σρατιώταις ἀποδίδῃ  
σι τὸ μιδοΦορεικὸν, καὶ ὑπὲρ ἐκάστης τῶν παρέ αὐτοῖς αἰχμα-  
λώτων καταβαλεῖν δραχμὰς ἐκατὸν εἴκοσι. καὶ περὶ ὧν ἦξεν εἴενται  
προθεῖναι γράμματα ὑπέρετο μεγαλοπρεπῶς ἔχοντα, καὶ  
τὴν Αρισταίῳ προσάρτεσσιν Βεβαιώντα, καὶ πρὸ ταῦτης τὴν τοιούτην  
Θεῷ βλάησιν· καθ' ἣν δὲ μόνον τὰς ὑπὸ τῷ πατρὶς ἀχθέντας  
αὐτῷ καὶ τῆς ἐκείνης σρατιᾶς ἀπολύτειν ἐλεγεν, ἀλλὰ καὶ τὰ  
πρεστάχοντας ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ εἰ τινες αὐθις ἐπεισήχθη-  
σαν. πλειόνων δὲ ἢ τετρακοσίων ταλάντων τῆς ἀπολυτῆς  
στις γενήσεδαμ Φαμένων, ταῦτά τε συνεχώρει, καὶ τὸ αὐτόν  
γραφον τῷ προσάγματος, εἰς δῆλωσιν τῆς τῷ βασιλέως με-  
γαλοΦροσύνης, ἔγνωσταν διαφυλάξαι. ἢν δὲ τοιότο. "Οσο  
"τῶν συσρατευσαμένων ἡμῶν τῷ πατρὶ, τὴν τε Συρίαν καὶ  
"Φοινίκην ἐπέδραμον, καὶ τὴν Ιεδαίαν καταρρεψάμενοι, σά-  
"ματα λαβόντες αἰχμάλωτα, διεκόμισαν εἰς τε τὰς πόλεις  
"ἡμῶν καὶ τὴν χώραν, καὶ ταῦτα ἀπημπόλησαν, τὰς τε πρε-

"statim Deum et ipsi et nos colimus, familiari sermone  
 "Iher (i. e. Iouem) vocantes, indito a viuendo nomi-  
 "ne, quod is vitam conferat omnibus. Quapropter ad  
 "honorem Dei, iis, qui Deum praecipua religione ve-  
 "nerantur, reddere patriam, ut eis in natali solo vitam  
 "agere liceat. Illud quidem scito, Rex, me nec ge-  
 "nere eis, nec natione propinquum, haec pro eis po-  
 "stulare. Sed cum omnes homines Dei sint opificium,  
 "et sciam eum benefacientibus delectari, ad benefacien-  
 "tum te cohortor.

3. Haec loquutum Aristaeum, Rex hilari laetoque  
 vultu intuitus, Quotnam, inquit, millia putas esse eo-  
 rum, qui manumittendi sunt? Cumque Andreas, qui  
 tum forte adfliterat, subiecisset, paulo plura esse, quam  
 centum decem millia. An vero paruum a nobis, in-  
 quirit Rex, donum, Aristaei, postulas? Cumque So-  
 fibius, et qui aderant, dixissent, debere eum dignam  
 sua munificentia gratiam Deo rependere, qui ei regnum  
 conciliaisset: Rex ex illis gaudio perfusus iussit, ut  
 cum militibus stipendia soluerent, etiam pro captiuis,  
 qui apud eos essent, penderent in singula capita drach-  
 mas centum viginti. Ac de ipsius postulatis promisit  
 libellos se magnifice scriptos editurum, quibus Aristaei  
 propositum, et ante id Dei voluntas confirmaretur: ex  
 qua non solum ductos a patre suo et eius exercitu libe-  
 raturum se dixit, sed etiam eos, qui ante erant in regno,  
 et si qui postea fuerant adducti. Et cum eam liberatio-  
 nem dicerent plus quam quadraginta talenta poscere, ni-  
 bilominus concessit; atque edicti exemplar, quo illu-  
 strior esset Regis magnanimitas, posteris conseruari vo-  
 luerunt. Erat autem huiusmodi. "Quicunque sub pa-  
 "tre nostro militantes Syriam et Phoenicem incursarunt,  
 "peruastataque Iudaea mancipia inde in urbes regionem-  
 "que nostram deportarunt ac vendiderunt; itemque qui  
 "ante nos erant in meo regno, et si qui nunc adducisti

"αὐτῶν ὄντας ἐν τῇ ἑμῇ βασιλείᾳ, καὶ εἴ τινες νῦν εἰσῆχθησαν,  
 "σαν, τύτχες ἀπολυτέωσαν, οἱ παρ' αὐτοῖς ἔχοντες, ὑπὲρ ἑκάστου  
 "σώματος λαμβάνοντες δραχμὰς ἔκατεν εἴκοσι, οἱ μὲν σραῖς  
 "τιῶται μετὰ καὶ τῶν ὄψινέων, οἱ δὲ λοιποὶ ἀπὸ τῆς βασιλείας  
 "κῆς τραπέζης κομιζόμενοι τὰ λύτρα. νομίζω γαρ διετέλει καὶ  
 "παρὰ τὴν τὴν πατρὸς προσάρεσσιν καὶ παρὰ τὸ δέον ἥχμαλον  
 "τιθάμεν, τὴν δὲ χώραν αὐτῶν διὰ τὴν σρατιωτικὴν αὐθαδαίαν  
 "κεκακῶθαμεν, καὶ διὰ τὴν εἰς Αἴγυπτον αὐτῶν μεταγωγήν  
 "πολλὴν ὠφέλειαν ἐκ τύτχων τοῖς σρατιώταις γεγονέναν. τὸ δέ  
 "καιον οὖν σκοπῶν καὶ τὰς καταδυνατευσμένας παρὰ τὴν  
 "προσῆκον ἁλεῶν, ἀπολύτιν κελεύω τὰς ἐν ταῖς οἰκετείαις ὅμοια  
 "τας Ιαδαίας, τὸ προγεγραμμένον κομιζόμενας ὑπὲρ αὐτῶν  
 "κεφάλαιον τὰς κεκτημένας· καὶ μηδένα περὶ τάτων κακερῶν  
 "γεῖν, ἀλλ' ὑπακόειν τοῖς προσεταγμένοις. βάλομαι δὲ ταῦτα  
 "ἀπογεραφάς, ἀφ' ἣς ἐξεπέμφησαν, ἐπὶ τεῖς ἡμέρας ποιεῖν  
 "θαμαὶ πρὸς τὰς ἐπ' αὐτῶν ὑπάρχοντας, παραδεικνύντας αὐτὰς  
 "τοῖς καὶ τὰ σώματα. τύτχον γαρ καὶ τοῖς ἐμαυτῷ πράγμασι  
 "ἡγεμαὶ συμφέρειν. προσαγγελλέτω δὲ τὰς ἀπειθήσαντας  
 "οὐ βαλόμενος, ὃν τὰς βάσιας εἰς τὴν βασιλικὴν κτησίην αἴνειν  
 "χθῆναι βάλομαι." τύτχος δὲ τῷ προστάγματος ἀναγυνωθέντος  
 τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἔχοντος, μόνη δὲ λείποντος τῷ  
 περὶ τῶν πρότερον καὶ τῶν αὐθις εἰσηγμένων Ιαδαίων μηδεσάλθαι, προσέθηκεν αὐτὸς μεγαλοφρόνως καὶ τὸ περὶ τῶν  
 φιλάνθρωπον, καὶ τὴν τῶν διαφόρων δόσιν ἀσταντίσας τοῖς  
 ἐκέλευσε τοῖς ὑπηρέταις τῶν πραγμάτων ἀπομερίσας καὶ τοῖς  
 βασιλικοῖς τραπέζαῖς. γενομένη δὲ τύτχη, ταχέως ἐν ἐπτά  
 ταῖς πάσαις ἡμέραις τέλος σιλήφει τὰ δοχάρεντα τῷ βασιλεῖ.  
 τάλαντα δὲ ὑπὲρ ἐξήκοντα καὶ τετρακόσια τῶν λύτρων  
 ἐγένετο. καὶ γαρ ὑπὲρ τῶν νηπίων εἰσέπεστον οἱ δεσπόται  
 τὰς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν δραχμὰς, ὡς τῷ βασιλέως καὶ ὑπὲρ  
 τάτων διδόναι κελεύσαντος, ἐν τῷ προσγεράψαμεν ὑπὲρ ἑκάστη  
 σώματος λαμβάνειν τὸ προσερημένον.

δ'. Επειδὴ δὲ ταῦτα ἐγένετο κατὰ τὴν τῷ βασιλέως βάλοσιν μεγαλοπρεπῶς, ἐκέλευσε τὸν Δημήτριον ἐκδῖναι καὶ τὸν

sunt, hos manumittunto, qui penes se se habent, accipientes pro singulis capitibus drachmas centum virginis, ita ut milites quidem una cum stipendiis, reliqui autem a mensa regia redemptionis pretium reportent. Arbitror enim, eos contra patris voluntatem, contraque aequitatem, captiuos esse factos, eorumque terram licentia militari afflictam, et ex eorum in Aegyptum translatione magnam utilitatem partam esse militibus. Quapropter iustitiae rationem habens, et eorum misericordiam capiens, qui inique opprimuntur, impero iis, qui Iudeos habent in suo seruitio, ut eos manumittant domini pro praescripta summa; neve quisquam in hac re dolo malo agat, sed imperatis obediatur. Volo autem, ut intra triduum, ex quo allatum erit hoc edictum, apud eos, qui huic negotio praesint, profiteantur, eisque simul etiam corpora ostendant: hoc enim etiam e re mea esse duco. Quod si qui dicto audientes non fuerint, eorum nomina, qui volet, deferto, eorumque bona in fiscum regium referunctor. Cum primum hoc edictum praelectum esset Regi, atque alia quidem recte haberet, hoc vero desideraretur, quo cautum esset illis quoque, qui vel ante aderant, vel postea sunt adducti ex Iudea, ille et hoc quicquid est benigni eis pro sua magnanimitate indulxit, iussitque solutionem, ut quee multiplex et cumulata esset futura, inter rerum agendarum ministros partiri et regios nummularios. Hoc autem facto, Regis iussa septem non amplius diebus peracta sunt, impensis in eam liberationem talentis plus quadringentis sexaginta. Nam etiam pro parvulis exhibebant domini centenas vicinas drachmas, quasi Rex etiam eoram nomine solui iussisset, dum scripsisset accipendum pro singulis capitibus quod dictum est.

4. Haec ubi ex sententia Regis magno cum decore etia erant, imperauit Demetrio, ut, quid ipse de Iudeo-

παρὶ τῆς τῶν Ιεδαικῶν βιβλίων ἀναγραφῆς δόγμα. εἰδὲ γὰρ εἰκῇ τοῖς βασιλεῦσι τέτοις ἀκονόμητο, πάντα δὲ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἐπράττετο. διὸ καὶ τὸ τῆς ἐκδόσεως ἀντίγραφον καὶ τὸ τῶν ἐπισολῶν κατατέτακτα, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀπεισαλμένων ἀναθημάτων, καὶ τὸ ἐΦ' ἑκάστῃ κατασκευασθὲν, ὡς αἱρεῖται τὴν εἶνα τὴν τῷ τεχνίτῃ τοῖς ὄρῶσι μεγαλουγίαν, καὶ διὰ τὴν τῶν κατασκευασμάτων ἐξοχὴν, τὸ ἑκάστῃ δημιουργὸν εἶνα εὐθέως γνώριμον. τῆς μέντοι γέ ἐκδόσεως τὸ ἀντίγραφον ὑπῆρχε τοιχόν. "Βασιλεῖ μεγάλῳ παῖξα Δημητρίῳ. Προσάξαντος σὺ, ὁ βασιλεῦ, περὶ τε τῶν ἐπιπόντων εἰς ἀναπλήρωσιν τῆς βιβλιοθήκης συγγραμμάτων, ὅπως συναχθῇ, καὶ περὶ τῶν διαπεπτωκότων, ὅπως τῆς δεύτης ἐπιμελείας τύχῃ, πάσῃ κεχρημένος περὶ ταῦτα σπεδῆ, δηλῶ σοι τὰ τῆς Ιεδαίων νομοθεσίας βιβλία λαβεῖ πεντήμιν σὺν ἑτέροις. χαρακτηρίστι γὰρ Εβραϊκοῖς γεγραμμένα καὶ Φωνῇ τῇ ἑθνικῇ ἔσιν ἥμιν ἀσαφῇ. συμβέβηκε δέ αὐτὰ καὶ ἀμελέτερον, η ἔχει, σεσημάνθαι, διὰ τὸ βασιλικόν ἐπιτηχημέναι προνοίας. ἔτι δὲ ἀναγκαῖον εἶναί καὶ τὰ τα παρὰ σοὶ διηκριθαμένα. Φιλοσοφωτέραν γὰρ καὶ ἀκριβαίον τὴν νομοθεσίαν εἶνα συμβέβηκεν, ὡς ἂν ἔστιν Θεός. διὸ καὶ τὰς ποιητὰς αὐτῆς, καὶ συγγραφεῖς τῶν ἰσοριῶν, ἐπιμνηθῆναι, Φησίν Εκαταῖος ὁ Αβδηρίτης, γένεται τῶν κατ' αὐτὴν πολιτευσαμένων ἀνδρῶν, ὡς ἀγνῆς ἔστη, καὶ μὴ δέον αὐτὴν βεβήλοις σόμασι διασαφεῖθαι. ἐὰν δὲν σοι δοκῇ, βασιλεῦ, γράψεις τῷ τῶν Ιεδαίων ἀρχιερεῖ, ὅπως ἀποσειληθεῖ τῶν πρεσβυτέρων ἐξ ἀΦ' ἑκάστης Φυλῆς, τὰς ἐμπειροτάτες τῶν νόμων, ἀΦ' ὧν τὸ τῶν βιβλίων σαφεῖς καὶ σύμφωνον ἐμαθόντες, καὶ τὸ κατὰ τὴν ἐρμηνείαν αἱρεῖσθαι λαβόντες τῶν πρεγράμμάτων, αἴσιως ταῦτα τῆς σῆς πρεψιρέστερης συναγάγωμεν.

8. Τοιαύτης δὲν τῆς ἐκδόσεως γενομένης, ὁ βασιλεὺς ἐκλευσεν Ελεαζάρῳ, τῷ ἀρχιερεῖ τῶν Ιεδαίων, γραφῆναι περὶ τάτων, ἀμασ καὶ τὴν ἀΦεσιν τῶν διλευσάντων παρ' αὐτοῖς Ιεδαίων δηλώντας αὐτῷ· καὶ πρὸς παρασκευὴν δὲ κρατήσων

rum libris describendis sentiat, sibi libello proponeret. Nihil enim ab iis Regibus temere vñquam administratum, sed omnia multa cum diligentia fieri consueuerant. Vnde mihi visum est libelli huius et epistolarum exemplaria ordine collocare, neconon missorum etiam donariorum numerum, cum proprio singulorum apparatu, ut exquisita opificis magnificentia ab omnibus spectetur, et ex operum praestantia eximia, quis vniuersusque artifex sit, primo intuitu cognoscatur. Et quidem libelli exemplar ita se habet.

“Regi magno Deimetrius. Quod mihi dederas in mandatis, o Rex, vt qui ad bibliothecae complementum deessent, ii per me libri congererentur, et vt illis, quibus aliqua forte exciderint, cura debita adhiberetur, summa hac in re diligentia defunctus significo tibi, libros legislationis Iudeorum a nobis desiderari cum aliis. Nam cum Hebraico charactere et patria ipsorum lingua scripti sint, intelligi a nobis non possunt. Contigit autem et ipsos negligentius, quam ab auctoribus se habent, notatos esse; quod nondum regia eis cura consuluerit. Oportet ideo, vt istos etiam ad amissum exactos penes te habeas. nam ita compara-  
ta est ea legislatio, vt altioris cuiusdam sapientiae et sincerissimae integritatis plena sit, vtpote a Deo profecta. Quare nec poëtae, nec qui historias conscripserent, eius meininerunt, quemadmodum Hecataeus Abdedita testatur, adeoque nec hominum illorum, qui ex eius praceptis vitam instituerunt, quod casta esset et augusta, et profano ore et sermone exponi non oporteret. Quam ob rem, si ita tibi visum fuerit, o Rex, scibes ad Iudeorum pontificem, vt ad te mittat seniores sex ex singulis tribubus, legum peritissimos, a quibus postquam librorum illorum apertum et consonum tensum intelleximus, et accuratam acceperimus rerum interpretationem, digna haec desiderio tuo colligamus.

5. Huiusmodi itaque libello supplice oblato, iussit Rex, vt de his scriberetur Eleazaro Iudeorum pontifici, tique simul manumisso declararetur seruientium in Aegypto Iudeorum. Itemque ad faciendo crateras et phialas

καὶ Φιαλῶν καὶ σπονδείων, ἐπεμψε χρυσῆ μὲν ὄλκῆς τάλας  
 τα πεντήκοντα, λιθῶν δὲ πολυτελῶν αὐτολλόγισόν τι πλῆθος  
 προσέταξε καὶ τὰς Φύλακας τῶν κιβωτῶν, ἐν αἷς ἐτύγχανον  
 λίθοι, τὴν ἐκλογὴν τοῖς τεχνίταις αὐτῶν, ἥπερ ἀν ἐθελήσωσι  
 εἰδὺς, ἐπιτρέπειν. διετάξατο δὲ καὶ νομίσματος εἰς Θυσίας καὶ  
 τὰς λοιπὰς χρείας πρὸς ἑκατὸν τάλαντα τῷ ιερῷ δοθῆναι.  
 διηγήσομαι δὲ τὰ κατασκευάσματα, καὶ τὸν τρόπον τῆς δη-  
 μικηγίας αὐτῶν, μετὰ τὸ προεκθέσθαι τὸ ἀντίγραφον τῆς ἐπι-  
 σολῆς τῆς γερεφείσης Ελεαζάρῳ τῷ ἀρχιερεῖ, ταύτην λαβεῖτι  
 τὴν τιμὴν ἐξ αἵτίας τοιαύτης. τελευτήσαντος Ονίᾳ τῇ ἀρχῇ  
 ἔρως, ὁ πᾶς αὐτὸς Σίμων γίνεται διάδοχος, ὁ καὶ δίκαιος ἐπὶ  
 κληθεὶς, διά τε τὸ πρὸς τὸν Θεὸν εὔσεβες καὶ τὸ πρὸς τὸν ὄμοιον  
 Φύλακας εἴναν. ἀποθανόντος δὲ τάχη, καὶ νῆπιον τοῦν καταλι-  
 πόντος τὸν κληθέντα Ονίαν, ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ Ελεαζάρος, πε-  
 ἅδε τὸν λόγον ποιώμεθα, τὴν ἀρχιερωσύνην παρέλαβεν· ἡ  
 γεάφη Πτολεμαῖος τύπον τὸν τρόπον. “Βασιλεὺς Πτολεμαῖος  
 “Ελεαζάρῳ τῷ ἀρχιερεῖ χαίρειν. Πολλῶν ἐν τῇ ἐμῇ Βασιλείᾳ  
 “κατακισμένων Ιεδαιών, ὃς, αἰχμαλωτισθέντας ὑπὸ Περσῶν,  
 “ὅτ’ ἐκράτην, ὁ ἐμὸς πατὴρ ἐτίμησε, καὶ τὰς μὲν εἰς τὰ σρα-  
 “τιωτικὰ κατέταξεν ἐπὶ μείζοσι μιθοφορίαις, τοῖς δὲ γενε-  
 “μένοις ἐν Αἰγύπτῳ σὺν αὐτῷ τὰ Φρέγεια καὶ τὴν τετάνων Φυλα-  
 “κὴν παρέθετο, ἵνα τοῖς Αἰγυπτίοις ὥσι Φοβεροί· τὴν ἀρχὴν  
 “ἔγω παραλαβὼν πᾶσι μὲν Φιλανθρώπως ἐχεποάμην, μά-  
 “λισα δὲ τοῖς σοὶς πολίταις, ὃν ὑπὲρ δέκα μὲν μυριάδας αἰχ-  
 “μαλώτων διλευσάντων ἀπέλυσσε, τοῖς δεσπόταις αὐτῶν ἐκ  
 “τῶν ἐμῶν λύτρα καταβαλών. τύς δὲ ἀκμάζοντας ταῖς πλι-  
 “κίαις εἰς τὸν σρατιωτικὸν κατάλογον κατέταξε· τινας δὲ  
 “τῶν περὶ ἡμᾶς καὶ τῆς ἐμῆς αὐλῆς πισῶν εἰναὶ δυναμένων,  
 “ταύτης ηὔσωκα, πομπέων ἥδυ τῷ Θεῷ τῆς ὑπὲρ ἐμὸν προνοίας  
 “ἀνάθημα τύπο καὶ μέγιστον ἀναθήσειν. Βαλόμενος δὲ καὶ τύ-  
 “τοις χαρίζεθαι, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην Ιεδαιόις,  
 “τὸν νόμον ὑμῶν ἔγνων μεθερμηνεῦσαι, καὶ γεάμμασιν Ελλη-  
 “νικοῖς ἐκ τῶν Εβραικῶν μεταγραφέντας, κειθάμενος ἐν τῇ ἐμῇ βι-  
 “βλιοθήῃ. καλᾶς δὲ ποιήσεις ἐπιλεξάμενος ἀνδρεας ἀγαθὸς

et calices misit auri quidem talenta quinquaginta, gemmarum vero inestimabilem multitudinem: iussitque custodes capsarum, in quibus erant geminae, artificibus permittere electionem cuiuscunque vellet generis. Mandauit etiam pecuniae ad sacrificia et reliquos vias in templum usque ad centum talenta erogari. Exponam autem opera, et quo modo singula fabricata erant, si prius exemplar adduxero scriptarum ad Eleazarum pontificem literarum, qui id munus adeptus erat, ob causam, quam dicam. Defuncto Oniae pontifici filius eius Simon successit, is, qui Iustus coquominatus est, tum propter pietatem in Deum, tum propter benevolum in ciues animum. Eo mortuo, et superstite ei filio infante, Onia nomine, eius frater Eleazarus, de quo loquimur, pontificatum suscepit; cui scripsit Ptolemaeus in hunc modum. "Rex Ptolemaeus Eleazaro pontifici salutem. Cum multi in regno meo habitarent Iudei, quos a Persis, dum imperium tenebant, captos meus pater honorauit, et partim ad militiam maioribus stipendiis destinauit, partim, videlicet iis, qui cum eo venerant in Aegyptum, castella eorumque custodiam assignauit, ut essent Aegyptis terrori: ego principatum adeptus, cum omnes humane tractaui, tum maxime ciues tuos, quorum supra centum millia captiuoruin in libertatem vindicavi, soluto de meis facultatibus pretio dominis eorum. Ex his vero, quotquot per aetatem arma ferre possent, in militiam allegi: nonnullos etiam eorum, qui circa nos erant, quorum et fides id mereri videbatur, in aulicos meos cooptauit, cogitans gratum Deo pro eius de me cura donarium hoc et maximum a me oblatum iri. Atque ut tum his tum omnibus toto orbe Iudacis gratum faciam, statui legem vestram interpretatione donare, et de Hebrewo in Graecum traductam in mea biblioteca reponere. Quare recte facies, si delectos viros ex unaquaque tribu sex, iam aetate prouectos, ad me

Ἐξ αὐτοῦ ἐκάστης Φυλῆς ἥδη πρεσβυτέρυς πέμψας· οὐ καὶ  
“διὰ τὸν χρόνον ἐμπείρως ἔχοντας τῶν νόμων, καὶ δυνήσονται  
“τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν ἀκριβῆ ποιήσαθαν. νομίζω γάρ, τάττων  
“ἐπιτελεθέντων, μεγίστην δόξαν ἡμῖν περιγενήσεθαν. ἀπέ-  
“ταλκα δέ σοι περὶ τάττων διαλεξομένης, Ανδρέαν, τὸν ἀρχι-  
“σωματοφύλακα, καὶ Αριστίον, ποιὸν τιμιώτατης· διὸ ὃν καὶ  
“ἀπαρχὰς αναθημάτων εἰς τὸ ιερὸν καὶ Θυσιῶν καὶ τῶν σὲ λ-  
“λων ἀπέταλκα, τάλαντα ἀργυρίον ἐκατόν. καὶ σὺ δὲ ἡρά-  
“πιστέλλων, περὶ ὃν ἀν διθέλης, ποιήσεις κεχασισμένα.

5. Τῆς δὲ ἐπισολῆς τῷ βασιλέως κομιδείσης πρὸς Ελεά-  
ζαρον, ἀντιγράφει πρὸς αὐτὴν ὡς ἐνην μάλιστα Φιλοτίμως.  
“Λεχιθεὺς Ελεάζαρος βασιλεὺς Πτολεμαίων χαίρειν. Ερρωμέ-  
“νων σὺ τε καὶ τῆς βασιλίσσης Λεστινόης καὶ τῶν τέκνων, καὶ  
“λῶς ἡμῖν ἔχει πάντα. τὴν δὲ ἐπισολὴν λαβέντες, μεγάλως  
“ηδημεν ἐπὶ τῇ προαιρέσει σὺ, καὶ συναθροίσαντες τὸ πλῆ-  
“θος ἀνέγυνωμεν αὐτὴν, ἐμφανίζοντες αὐτῷ ἣν ἔχεις πρὸς τὸν  
“Θεὸν εὐσέβειαν. ἐπεδείξαμεν δὲ αὐτῷ καὶ τὰς φιάλας, ἃς  
“ἐπέμψας, χρυσᾶς εἴκοσι, καὶ ἀργυρᾶς τριάκοντα, καὶ κε-  
“τῆρας πέντε, καὶ τράπεζαν εἰς ἀνάθεστιν, ἅτε εἰς Θυσῖαν  
“καὶ εἰς ἐπισκεψὴν ὃν ἀν δέσποτα τὸ ιερὸν, τάλαντα ἐκατὸν,  
“ἄπειρ ἐκόμισταν Ανδρέας καὶ Αριστίος, οἱ τιμιώτατοι σὺ τῶν  
“φίλων, ἀνδρεῖς ἀγαθοὶ καὶ παρδεῖα διαφέροντες, καὶ τῆς  
“σῆς ἀρετῆς ἄξιοι. ἴδι δὲ ἡμᾶς τὸ σὸν συμφέρον, καὶ γὰρ τὴν  
“παρὰ Φύσιν, ὑπομενοῦντας. ἀμείβεθαν γὰρ ἡμᾶς δεῖ τὰς  
“σὰς εὐεργεσίας, πολυμερῶς εἰς τὰς ἡμιστέρες πολίτας κατα-  
“τεθείσας. εὐθὺς οὖν ὑπὲρ σὺ καὶ τῆς ἀδελφῆς σὺ καὶ τῶν  
“τέκνων καὶ φίλων προσπηγάγομεν θυσίας, καὶ τὸ πλῆθος  
“εὐχὰς ἐποιήσατο γενέθλια σοι τὰ κατὰ νοῦν, καὶ φιλαχθῆ-  
“νας σὺ τὴν βασιλείαν ἐν εἰκόνῃ, τὴν τε τὴν νόμῳ μεταγενέθη-  
“πὲ συμφέροντι τῷ σῷ λαβεῖν ὁ προαιρῆ τέλος. ἐπελέξαμεν  
“δὲ καὶ πρεσβυτέρυς ἀνδρεῖς ἐξ ἀπὸ Φυλῆς ἐκάπτης, ἃς πε-  
“πόμφαμεν ἔχοντας τὸν νόμον. ἐγαῖ δὲ τῆς σῆς εὐσέβειας  
“καὶ δικαιοσύνης, τὸ μεταγενέντα τὸν νόμον εἰς ἡμᾶς ἀπο-  
“πέμψας μετὰ ἀσφαλείας τῶν κομιζόντων. ερρωστο.

"miseris, qui et per aetatem legum sint periti, et eas  
"accurate possint interpretari. Sic enim existimo, his  
"perfectis, maxima nos gloria affectum iri. Misit au-  
"tem colloquuturos hisce de rebus tecum, Andream sa-  
"tellitum praefectum et Aristaeum, homines magnae apud  
"nos existimationis, per quos etiam donariorum primitias  
"ad templum et sacrificiorum reliquorumque misit, argenti  
"talenta centum. Et tu, si nobis, quae voles, scriperis,  
"rem gratam feceris.

6. Itaque his Regis literis ad Eleazarum perlatis, il-  
lis respondit quam fieri potuit amicissime. "Eleazarus  
"pontifex Ptolemaeo regi salutem. Si et tu vales, regi-  
"naque Arsinoë, et liberi, nobis omnia bene se habent.  
"Acceptis literis tuis, magnam ex praecclara tua voluntate  
"laetitiam cepimus, conuocataque multitudine illas reci-  
"tauiimus, palam eis facientes tuam erga Deum pietatem.  
"Phialas etiam abs te missas protulimus, aureas viginti,  
"ac triginta argenteas, crateras item quinque, et mensam  
"consecratis muneribus excipiendis addictam, ut et sa-  
"crafficiis faciendis ac caeteris omnibus, quibus opus tem-  
"plo fuerit, comparandis, centum talenta, quae An-  
"dreas et Aristaeus ex amicis tuis honoratissimi, viri ho-  
"nesti bonique ac doctrina praestantes, tuaque virtute  
"digni, attulerunt. Scire autem te velimus, nos tibi in  
"commodum tuum gratificaturos, etiamsi quid praeter  
"ingenium nostrum facere oporteat. nam tuis beneficiis  
"in ciues nostros multifariam collatis paria referre debe-  
"mus. Quare hostias confessim et tua, et sororis, et  
"liberorum, amicorumque causa immolauimus; et votis  
"Deo nuncupatis ab eo populus flagitauit, vt omnia tibi  
"feliciter atque ex animo cedant, regnumque tuum pacis  
"tranquillitate conseruetur, tibique bene vertat legis inter-  
"pretatio, et felicem, quem optas, sortiatur exitum. Dele-  
"gimus etiam seniores, ex unaquaque tribu sex, quos ad  
"te vnam cum lege misimus. Tuae autem erit pietatis ac iu-  
"nitiae curare, vt lex, absoluta eius interpretatione, ad  
"nos remittatur, saluis etiam istis, qui eam ad te apporta-  
"runt. Vale.

ξ. Ταῦτα μὲν ὁ ἀρχιερεὺς αἰτέγειψεν. ἐμοὶ δὲ ἡ ἀναγκαῖον ἔδοξεν εἶναι τὰ ὄνόματα τῶν ἑβδομήκοντα πρεσβυτέων, οἱ τὸν νόμον ἐκόμιζον ύπὸ Ελεαζάρου πεμφθέντες, δηλοῦν· ἦν γὰρ ταῦτα ὑπογεγεαμμένα ἐν τῇ ἐπιστολῇ· τὴν μέντοι γένεσιν τῶν ἀναθημάτων πολυτέλειαν καὶ κατασκευὴν, ἢν ἀπέστηλεν ὁ βασιλεὺς τῷ Θεῷ, ἢν ἀνεπιτήδειον ἥγκσάμην διελθεῖν, ὅπως ἀπασιν ἢ τῷ βασιλέως ἐπὶ τὸν Θεὸν φιλοτίμia φανερὰ γένηται. ἀφθονον γὰρ τὴν εἰς ταῦτα δαπάνην χρηστγῶν ὁ βασιλεὺς, καὶ παρεῖναι εἰς τοῖς τεχνίταις, καὶ τὰ ἔργα ἐπιβλέπων, ὃδὲν ἀμελῶς ὃδὲ ῥᾳθύμως εἰς γίνεσθαι τῶν κατασκευασμάτων· ὃν ἐκάστη, ὡς οἴον τε, τὴν πολυτέλειαν διηγήσομα· τῆς μὲν ἴσορίας ἵσως ἡ πατέρας τῆς τὴν ἀπαγγελίαν, τὸ δὲ τῷ βασιλέως φιλόκαλον καὶ μεγαλόφρον ἔτως συσήστεν τοῖς ἐντευξομένοις ὑπολαμβάνω.

η. Πρῶτον δὲ τὰ περὶ τῆς τραπέζης ἐκδήσομεν. εἶχε μὲν οὖν δι’ ἐννοίας ὁ βασιλεὺς, ὑπερμεγεθέστατον τοῖς μέτροκαὶ περγάσαθαι τὸ κατασκεύασμα. προσέταξε δὲ μαθῆτὴν τὸ μέργεθος τῆς ἀνακειμένης ἐν τοῖς Ιεροσολύμοις τραπέζης· πόσον τέ ἐστιν, καὶ εἰ δύναται μεῖζον τάττε κατασκευασθῆναι. μαθὼν δὲ καὶ τὴν ἔστιν, ἡλίκη τὶς ἦν, καὶ ὅτι αὐτῆς ὃδὲν καλών μεῖζονα γενέσθαι φίγας καὶ πενταπλασίονα τῆς ὑπαρχόσης τῷ μεγέθει βάλεσθαι κατασκευάσαι, φοβεῖθαι δὲ, μὴ πρὸς τὰς λειτουργίας ἀχειτος διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῷ μεγέθει γένηται· βάλεσθαι γὰρ ἡ πατέρας τὰς λειτουργίας εὑχηται· καὶ διὰ τοῦτο λογισάμενος σύμμετρον κατεσκευάσθαι τὴν προτέραν τράπεζαν, ἀλλ’ ό διὰ σπάνιν τῷ χρυσῷ, τῷ μεγέθει μὲν ἐγγινω τὴν προϋπάρχοσταν ὑπερβαλλεῖν, τῇ δὲ ποικιλίᾳ καὶ τῷ μαλλιᾷ τῆς ὑλῆς ἀξιολογωτέραν κατασκευάσθαι. δεῖνος δὲ ὃν κατιδεῖν προσγυμάτων παντοδαπῶν Θύσιαν, καὶ λαβεῖν ἐπίνεοιν ἔργων καμνῶν καὶ παραδόξων, καὶ ὅσα ἦν ἄγεαφα τὴν εὑρεσιν αὐτὸς παρέχων διὰ τὴν σύνεστιν, καὶ ὑποδεικνὺς τοῖς τεχνίταις, ἐκέλευσε ταῦτα κατασκευάσθαι, καὶ τὰ

7. Haec quidem pontifex rescripsit. Mihi vero haud necessarium vixum est nomina septuaginta seniorum indicare, qui cum lege ab Eleazaro missi sunt: (illa enim subscripta erant epistolae) donariorum tamen, quae Rex Deo misit, magnificentiam et opificium narrando percensere, non superuacaneum esse duxi, ut singulare Regis erga Deum studium omnibus innotescat. Etenim cum sumptus ad ista Rex large suppeditaret, et opificibus praesens adesset, atque opera inspiceret, nihil eorum, quae facta sunt, oscitanter et negligenter fabricari sinebat. quorum vniuersiusque, quoad eius fieri potest, magnificentiam persequar; non quod historia huiusmodi forsan narrationem posulet, sed quod elegantiae amorem in Rege, animique magnitudinem lectoribus inde commendatum iri existimo.

8. Primo autem quae ad mensam spectant exponere aggrediar. Et quidem Regi in animo erat opus immense molis elaborare. iussit autem, ut vienae, quae tum Hierosolymis erat, magnitudinem explorarent, et quanta esset, et an maior confici posset. Cumque intellexisset, qualis ea esset, quodque nihil prohiberet, quin ea etiam maior fieri posset, dixissetque se quintuplo ea maiorem velle facere, sed vereri, ne propter nimiam eius molem ad ministeria fiat inutilis, (cupere enim se, ut donaria, quae ipse consecraret, non in spectaculum solum essent, sed ad sacrorum etiam usum accommodata) ideoque arbitratus esset priorem mensam non ob auri inopiam modica exslitis amplitudine; constituit eam, quae ante posita erat, dimensionibus quidem non excedere, varietate vero et elegantia materie alieni longe praestantiorem efficere. Cumque ingenio esset ad rerum omnium naturas perspiciendas acuto, prontoque in operibus nouis et mirabilibus excogitandis, ipse tum ista, quibus nulla erat sculptura, inuentione sua solerter adhibita ostensaque opificibus, fabricari iussit, tum quae

ἀναγεγραμμένα πρὸς τὴν ἀκρίβειαν αὐτῶν ἀποβλέποντας  
όμοίως ἐπιτελεῖν.

δ'. Τποσησάμενοι τοίνυν ποιήσαθαι τὴν τράπεζαν, δύο  
μὲν καὶ ἡμίσχες πηχῶν τὸ μῆνος, ἐνὸς δὲ τὸ σύρος, τὸ δὲ ὑψος  
ἐνὸς καὶ ἡμίσχες, ἐκ χεισθὲ τὴν ὅλην κατασκευὴν τῷ ἔργῳ ποι-  
ώμενοι, τὴν μὲν οὖν σεΦάνην παλαισταίαν εἰσγάσταιτο, τὰ δὲ  
κυμάτια σρεπτὰ, τὴν ἀναγλυφὴν ἔχοντα χοινοειδῆ, τῇ τορείᾳ  
Θαυμασῶς ἐκ τῶν τριῶν μερῶν μεμιμημένην. τειγώνων γὰρ  
ὅντων αὐτῶν, ἐκάστη γωνία τὴν αὐτὴν τῆς ἐκτυπώσεως εἶχε  
διάθεσιν, ὡς σεΦομένων αὐτῶν μίαν καὶ μὴ διάΦορον τὴν  
ἰδέαν αὐτοῖς συμπεξιΦέρεσθαι. τῆς δὲ σεΦάνης τὸ μὲν ὑπὸ τὴν  
τράπεζαν ἐγκεκλεισμένον ὥραίαν εἶχε τὴν διατύπωσιν· τὸ  
δὲ ἔξωθεν περιηγμένον ἔτι μᾶλλον τῷ καλλει τῆς ἐργασίας  
ἢν ἐκπεποιημένον, ὡς ὑπ' ὄψιν καὶ Θεωρίαν ἐρχόμενον. διὸ  
καὶ τὴν μὲν ὑπεροχὴν ἀμφοτέρων τῶν μερῶν ὀξεῖσαν συνέβαινε  
γίνεσθαι, καὶ μηδεμίαν γωνίαν, τριῶν ὁσῶν, ὡς προειρήκαμεν,  
περὶ τὴν μεταγωγὴν τῆς τράπεζῆς ἐλάττονα βλέπεσθαι. ἐτ-  
δίεικεντο δὲ ταῖς χοινίσι τῆς τορείας λίθοι πολυτελεῖς παρά-  
ληλοι, περόναις χρυσαῖς διὰ τερημάτων κατειλημμένοι. τὰ δὲ  
ἐκ πλαγίας τῆς σεΦάνης καὶ ὑπ' ὄψιν ἀνατείνοντα ὠῶν ἐκ λί-  
θου καλλίστη πεποιημένων θέσει κατακεκόσμηται, ῥαβδοῖς  
τὴν ἀναγλυφὴν ἐοικότων πυκναῖς, αἱ περὶ τὸν κύκλον τῆς τρα-  
πέζης εἰληντο. ὑπὸ δὲ τὴν τῶν ὠῶν διατύπωσιν, σεΦανον πε-  
ρίγυαγον οἱ τεχνῖται, παντοίᾳ καρπῷ Φύσιν ἐντετορευμένον,  
ὡς ἀποκρέμασθαι τε βότρυς, καὶ σάχυς ἀναστῆναι, καὶ ροάς  
ἀποκεκλεισθαι. τὰς δὲ λίθους εἰς πᾶν γένος τῶν προειρημένων  
καρπῶν, ὡς ἐκάστῳ τὴν οἰκείαν τετυπῶθαι χρόαν, ἐξεργασά-  
μενοι, συνέδησαν τῷ χρυσῷ περὶ ὅλην τὴν τράπεζαν. ὑπὸ δὲ  
τὸν σεΦανον ὄμοίως ἡ τῶν ὠῶν διάθεσις πεποίητο, καὶ ἡ τῆς  
ῥαβδώσεως ἀναγλυφῆ, τῆς τράπεζῆς ὡς ἐπαμφότερον μέρος  
ἔχειν τὴν αὐτὴν τῆς ποικιλίας τῶν ἔργων καὶ γλαΦυρότητος  
θέαν κατεσκευασμένην· ὡς καὶ τὴν τῶν κυμάτων θέσιν καὶ  
τὴν τῆς σεΦάνης, μηδὲ τῆς τράπεζῆς ἐφ' ἔτερον μέρος ἐναλ-  
λαττομένης, γίνεσθαι διάΦορον, τὴν δὲ αὐτὴν ἄχει καὶ τῶν

caelata erant ad expressas rerum formas respiciendo identidem perfici.

9. Itaque cum illud in se recepissent opifices, ut mensam exstruerent in longitudinem quidem duorum cubitorum et semis, atque in latitudinem vnius, altitudine vero sesquicubitali, toto opere ex auro fabricto, loricam quidem mensae quadratillem confece-  
rant, cymatia autem tortilia, quibus inerat caelatura restis aemula trinis partibus tornata mirabiliter. Illa vero cum essent triangularia, unusquisque angulus eandem formarum dispositionem habebat: adeo ut situ mutato una eademque species ante oculos versaretur. Loricae quidem pars inferior mensam versus pulchre conformata erat, exterior vero maiori adhuc opificii elegancia splendescet, vt quae omnium in oculos incurret et in conspectum veniret. Vnde fiebat, ut ambatum partium proiecturae acutae eminerent nullusque angulus, cum tres fuerint, ut ante diximus, dum mensa transfertur, iusto minor videretur. Restliculis autem tomatis ordine alterno insertae erant gemmae sibulis aureis per foramina comprehensae. At circa latera loricae, ad adspectum eminentia, per obliquum erat ouorum facies, ex lapidibus pretiosis ornatus gratia confecta, in circuitu per totam mensam intercurrente densa virgularum sculptura. Subter hanc oualem speciem circumducta erat corona, omne genus fructuum, prout eorum fert natura, repraesentans, adeo ut racemi pendere, spicae surgere, malogranata occludi viderentur. Lrides etiam secundum genus vnumquodque praedictorum fructuum, colorem eorum natuum referentes, elaborarunt, et auro vincitos mensae circuindederunt. Sub hac corona rursum alia series ouorum priori similis facta est, eademque virgularum sculptura, vt in mensa ex utraque parte spectaretur eadem operum varietas et elegantia: ita ut nulla in lorica et cynamatum ordine, ne mensa quidem in utramvis partem versa, cerneretur

ποδῶν ὄψιν τῆς ἐπιτεχνήσεως διατετάθη. ἔλασμα γὰρ  
χειροῦ τὸ πλάτος τεσσάρων δακτύλων ποιήσαντες καθ' ὅλη  
τὴν τραπέζης πλάτυς, εἰς τῦτο τὸ πόδας αὐτῆς ἀνέθε-  
σαν, ἐπειτα περόναις καὶ καταλείσσοις αὐτὺς ἐνέσφιγγον  
τῇ τραπέζῃ κατὰ τὴν σεΦάνην· ἵνα τὴν Θέαν τῆς κανυθεγίας  
καὶ πολυτελείας, ἐφ' ὧ τὶς ἀν σήσει τὴν τράπεζαν μέση,  
παρέχωσι τὴν αὐτήν. ἐπὶ δὲ τῆς τραπέζης μαίανδρον ἐξ-  
γλυψάν, λίθους αὐτῷ κατὰ μέγον αξιολόγους, ὥσπερ ἀσέρας,  
ποικίλης ἴδεας ἐνθέντες, τὸν τε ἀνθρακαν καὶ τὸν σμάραγδον,  
ἡδίσιον προσανυάζοντας αὐτῶν ἐκάτερον τοῖς ὁρῶσι, τῶν τε  
ἄλλων γενῶν ὅσοι περισπάδατοι καὶ ζηλωτοὶ πᾶσι διὰ τὴν  
πολυτέλειαν τῆς Φύσεως ὑπάρχοσι. μετὰ δὲ τὸν μαίανδρον  
πλέγμα τι χριστιανὸν περιῆκτο, ρόμβῳ τὴν κατὰ μέσον ὄψιν  
ἱμΦερές, ἐφ' ὧ κρύσταλλος τε λίθος, καὶ ἡλεκτρὸν ἐντετύπω-  
το, τῇ παραλλήλῳ τῆς ἴδεας γειτνιάσει ψυχαγωγίαν θαυ-  
μασην παρέχον τοῖς βλέποσι. τῶν δὲ ποδῶν ἥσταν αἱ κεΦα-  
λίδες εἰς κρίνα μεμιμημένα τὰς ἐκφύσεις, τῶν πεταλῶν ὑπὸ<sup>το</sup>  
τὴν τράπεζαν ἀνακλωμένων, εἰς ὁρθὸν δὲ τὴν βλάσπητην ἐνδα-  
θεν παρεχόντων ὁρῶν. ἡ δὲ βάσις αὐτοῖς ἡν ἐξ ἀνθρακος λί-  
θῳ παλαιτιαία πεποιημένη, χῆμα κηπιδός ἀποτελεῖσθα, τὸ  
δὲ πλάτος ὄκτω δακτύλων ἔχοσα, καθ' ὧ τὸ πᾶν ἔλασμα  
τῶν ποδῶν ἐρήμεισθ. ἀνέγλυψαν δὲ λεπτομερεῖς καὶ φιλοπόνι-  
τῇ τορείᾳ τῶν ποδῶν ἔκαστον, κινύμενα, φαντασίαν κατὰ  
Φύσιν μᾶλλον ἢ τέχνης μημημάτων παρεῖχεν. ἐκαινώργησαν  
δὲ ὡς τερίπτυχον οἰονεὶ τὸ χῆμα τῆς ὅλης κατασκευάσα  
τραπέζης, τῆς αξμονίας πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν ὅτις συν-  
θεδεμένης, ὡς αἴραστον εἶναι, καὶ μηδὲ ἐπινοεῖσθαι τὰς συμβο-  
λαῖς. ἥμισυ δὲ πήγεως ὡκ ἔλαττον τῇ τραπέζῃ τὸ πάχος  
συνέβαινεν εἶναι. τὸ μὲν οὖν ἀνάθημα τῦτο κατὰ πολλὴν τὴν  
βασιλέως φιλοτιμίαν τοιεῖτο, τῇ τε πολυτελείᾳ τῆς ὕλης, καὶ  
τῇ παικιλίᾳ τῆς καλλιεργίας, καὶ τῇ μημήσει τῇ κατὰ τὴν τορείαν

diuersitas, sed idem artificium ad imos vsque pedes pertenderet. nam cum lamina aurea, quatuor digitos lata, mensae, qua patebat eius latitudo, adiuncta esset, in eam pedes eius inseruerunt, deinde fibulis et clausuris eos mensae adstrinxerunt iuxta loricam; atque ita vt eadem nouitatis artificii et magnificentiae, qualunque mensa verteretur, speciem exhiberent. Supra ipsam autem mensam sculpsérunt maeandrum, qui lapides pretiosos, tot stellularum ad instar, varii coloris in medio haberet, carbunculum et sinaragdum, ambos spectantium oculos grato fulgore irradiantes, aliosque diuersi generis, quotquot, ex naturae suae præstantia, summa cupiditate ab omnibus expetuntur. Iuxta maeandrum resiliuata quaedam textura circumquaque discurrebat, relicta in medio specie, quae rhombo admodum similis, cui impressum erat crystallum, et electrum, quod, alterna formae suae vicinitate, miram intuentibus delectationem afferebat. Pedum autem capitella caulinis lilia imitabantur, foliis sub mensam resupinis, ita vt stamina crocea intus inclusa erecta ostenderent. Basis autem pedibus facta erat e carbunculo, palnum lata, crepidinis speciem efficiens, octo vero digitorum latitudinem habens, qua tota pedum lamina ei innitebatur. singuli etiam pedes ornati erant toreumate, tenuissimo et operosissimo, constante ex hedera et palmis et racemis, idque ea arte, vt nihil a veris discrepare putarentur. nam cum vento, propter subtilitatem et summitatis suae extensionem, facile mouerentur, naturae potius, quam artis, speciem præ se ferebant. Verum etiam opus ita designarunt, vt totius mensae figuram veluti triplicatam effecerint; tam apta partium compage, vt neque cerni, neque animaduerti posset, qua iuncturæ coirent. Fiebat autem, vt crassitudo mensae totius non minor esset dimidio cubitus. Atque hoc quidem donarium ex Regis munificentia ita se habebat, et ingenti in materiae pretio, et decoris varietate, et imitatione naturae arte toreutice expressa: illo

τῶν τεχνιτῶν συντελέθη· σπαδάσαντος, εἰ καὶ μὴ τῷ μετέθει τῆς προανακειμένης τῷ Θεῷ τραπέζης ἔμελλεν ἐσεωθεῖ διάφορος, τῇ μέντοι γε τέχνῃ, καὶ τῇ κανθάρῳ, καὶ τῇ λαμπρότητι τῆς κατασκευῆς πολὺ κρίτονα καὶ περιβλεπτον ἀπεγύασαθα.

ι. Τῶν δὲ κρατήρων χρύσεοι μὲν ἦσαν δύο· Φολιδωτὴν δὲ εἶχον ἀπὸ τῆς Βάσσας μέχρι τῆς διαζώσματος τὴν ταρσίαν, λίθων ταῖς σπείραις ποικίλων ἐνδεδεμένων. εἴτα ἐπ' αὐτῇ μαίανδρος, πηχυαῖς τὸ ὑψός, ἐξείργασο κατὰ σύνθετον λίθων παντοῖων τὴν ἴδεαν. κατ' αὐτὸν δὲ ῥάβδωσις ἀνεγέλυπτο· καθ' ἣς πλέγμα ρομβωτὸν δικτύοις ἐμφερεῖς ἔως τῆς χείλεως ἀνείλκυσο. τὰ δὲ μέσα λίθων ἀσπίδια τετραδακτύλων ἀνεπλήσσει τὸ κάλλος. περιεσέφετο δὲ τὰ χεῖλη τῆς κρατῆρος κρίνων σμίλαξι καὶ αὐθεμίσι καὶ βοτρύων χοινίαις εἰς κύκλον περιπυρέναις. τὰς μὲν οὖν χρυσές κρατῆρας, δύο χωροῦντας ἐκάτερον ἀμφορέας, τῶν κατεσκεύασαν τὸν τρόπουν. οἱ δὲ ἀργύρεοι τῶν ἐσόπτρων τὴν λαμπρότητα πολὺ διαυγέστεροι γεγονέσταν, ὡς τραντέρεας διὰ τύτων τὰς τῶν προσφερομένων ὄψεις ἰρᾶσθα. προσκατεσκεύασσε δὲ τύτοις ὁ Βασιλεὺς καὶ Φιάλας τειάκοντα, ὃν ὅσσα χρυσὸς ἦν, ἀλλὰ μὴ λίθῳ πολυτελεῖ διείληπτο, σμίλαξι κασσίᾳ καὶ πετάλοις ἀμπέλων ἐσκίασο. Φιλοτέχνως ἐντετρέψυμένων. ταῦτα δὲ ἐγίνετο μὲν καὶ διὰ τὴν ἐμπειρίαν τῶν ἀργαλόμενων, θαυμασίων ὕντων περὶ τὴν τέχνην, πολὺ δὲ μᾶλλον ὑπὸ τῆς τῷ Βασιλέως σπαδῆς καὶ Φιλοτεχνίας διαφερόντως ἀπηρτίζετο. Ω γαρ τῆς χορηγίας τὸ ἄφθονον καὶ μεγαλόψυχον τοῖς τεχνιταῖς παρεῖχε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ χρηματίζειν τοῖς δημοσίοις πράγμασιν ἀπειρηκώς, αὐτὸς τοῖς κατασκευάζοσι παρῆν, καὶ τὴν ὅλην ἀργασίαν ἐπέβλεπεν. αἴτιον δὲ ἦν τῷτο τῆς τῶν τεχνιτῶν ἐπιμελείας, οἱ πρὸς τὸν Βασιλέα καὶ τὴν τύτην σπαδὴν ἀποβλέποντες, Φιλοπονώτερον τοῖς ἔργοις προσελπάρεσσιν.

ια'. Ταῦτα μὲν τὰ πεμφθέντα εἰς Ιεροσόλυμα ὑπὸ Πτολεμαία ἀναθήματα. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ελεάζαρος ἀναθεὶς αὐ-

auctore et agente, ut, si non magnitudine haec mensam Deo prius appositam superatura esset, certe arte ipsa, et opificii nouitate, et ornamentorum splendor n longe praestantior et adspectu pulchrior redderetur.

10. Crateres autem duo quidem aurei erant, squamas habentes torno exsculptas ab imo usque ad praecincturam, variis lapidibus spiris insertis. Hanc sculpturam excipiebat maeander cubitali altitudine, ex lapidibus variarum formarum artificiose admodum compositus. Secundum hunc erat virgata sculptura: ac deinde usque ad labrum rhomborum ad similitudinem retis plicatura. Scuta vero in medio, ex lapidibus magnitudine quatuor digitorum, fecerunt, ut nihil ad summum decus et splendorem decesset. Crateris autem labia cincta erant liliorum foliis, et anthemidibus, et vitium capreolis in orbem circumductis. Et aureos quidem crateras, duas utrosque amphoras capientes, ad hunc modum fabricarunt. Argentei vero quaevis specula splendore vincebant, ut quis ad eos accedens multo expressius in iis corporis sui faciem contemplantetur. Insuper et Rex phialas triginta conficiendas curauit, quae eatus, qua aureae erant et lapidibus pretiosis non occupatae, hederae frondibus et pampinis sculptilibus solerter adumbratae fuerunt. Atque hoc quidem opificium acceptum ferebatur non solum operariorum ingeniis, qui mirandum in modum arte sua excellebant, sed et multo magis Regis studio et munificentiae, quae in causa erant, ut sumnam perfectionem acciperent. Etenim non solum sumptus ad artifices large et magnifice suppeditabat, verum etiam, omissa publicoru[m] negotioru[m] administratione, ipse operi faciendo praesens aderat, totumque opus inspiciebat. Quo siebat, ut artifices acrem diligentiam adhicerent; qui, ad Regem eiusque hac in re studium spectantes, strenue magis et nauiter operibus incubuerunt.

11. Ista quidem donaria a Ptolemaeo Hierosolyma ad templum missa erant. Atque pontifex Eleazarus, cum

τὰ, καὶ τιμῆσας τὸς κομίσαντας, καὶ δῶρα δὺς τῷ Βασιλεῖ  
 κομίζειν, ἀπέλυσε πρὸς τὸν Βασιλέα. παραγενομένων δὲ εἰς  
 τὴν Αλεξάνδρεαν, ἀκόσας Πτολεμαῖος τὴν παρεστίαν αὐτῶν,  
 καὶ τὰς ἐβδομήκοντα τῶν πρεσβυτέρων ἐληλυθότας, εὐθὺς  
 μεταπέμπεται τὸν Ανδρέαν καὶ τὸν Δημιᾶν τὰς πρέσβεις. οἱ  
 δὲ ἀφικόμενοι, τάς τε ἐπιτολὰς, ἃς ἔκομιζον αὐτῷ παρὰ τῷ  
 ἀρχιερέως, ἀπέδοσαν, καὶ ὅσα Φρέζειν ἀπὸ λόγων ἐπύθετο,  
 ταῦτα ἐδίλωσαν. σπεύδων δὲ ἐντυχεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν Ιεροσο-  
 λύμων ἕκαστοι πρεσβυτέροις ἐπὶ τὴν ἔρμηνείαν τῶν νόμων, τὰς  
 μὲν ἄλλας, ὡς χρειῶν ἔνεκα παρεῖνα συνέβαινεν, ἐκέλευσεν  
 ἀπολύσαμεν, παράδοξον τῷτο ποιῶν καὶ παρὰ τὸ θέρος. οἱ μὲν  
 γὰρ ὑπὸ τοιάτων αἰτιῶν ἀχθέντες, διὰ πέμπτης ἡμέρας αὐ-  
 τῷ προσήσαν· οἱ δὲ πρεσβύτεροις, διὰ μηνός. τότε τοῖνα  
 ἀπολύσας ἔκειντος, τὰς πεμφθέντας ὑπὸ Ελεαζάρου περιέμε-  
 νεν. ὡς δὲ παρῆλθον μετὰ καὶ τῶν δῶρων οἱ γέροντες, ἢ τῷ  
 Βασιλεῖ κομίσαμεν ἀρχιερέως ἁδῶν, καὶ τῶν διφθερῶν,  
 αἷς ἔγγεγραμμένοις εἶχον τὰς νόμους χρυσοῖς γράμμασι,  
 ἐπηρώτησεν αὐτοὺς περὶ τῶν Βιβλίων. ὡς δὲ ἀποκαλύψαντες  
 τῶν ἐνειλημάτων ἐπέδειξαν αὐτῷ, Θαυμάσας ὁ Βασιλεὺς τῆς  
 ἴδυντητος τὰς ὑμένας, καὶ τῆς συμβολῆς τὸ ἀνεπίγυντον, ὡς  
 γαρῆμοσο, καὶ τῷτο ποιήσας χρόνῳ πλείονι, χάριν εἶπεν ἔχειν  
 αὐτοῖς τε ἐλθύσι, καὶ μείζονα τῷ πέμψαντι, πρὸ δὲ πάντων  
 τῷ Θεῷ, ὃ τὰς νόμους εἶνα συμβέβηκεν. ἐκβοσκάντων δὲ ὑφ-  
 ἔν καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν συμπαρέοντων γίνεσθαι τὰ  
 ἀγαθὰ τῷ Βασιλεῖ, δι' ὑπερβολὴν ἥδοντος εἰς δάκρυα πρό-  
 πεσε, Φύσει τῆς μεγάλης χαρᾶς παχύστης καὶ τὰ τῶν λυ-  
 πηρῶν σύμβολα. κελεύσας δὲ τὰ βιβλία δῖνα τοῖς ἐπὶ τῆς  
 τάξεως, τότε τὰς ἄνδρας ἡσπάσατο· δίκαιον εἴπων εἶνα  
 πρῶτον περὶ ὧν αὐτὸς μετεπέμψατο ποιησάμενον τὰς λόγους,  
 ἐπειτα κακείνις προσεπίειν. τὴν μέντοι γε ἡμέραν, καθ' ἣν  
 ἦλθον πρὸς αὐτὸν, ἐπιφανῆ ποιήσαν, καὶ κατὰ πᾶν ἔτος  
 ἐπίσημον εἰς ὅλον τὸν τῆς Κωνῖτης χρόνον, ἐπηγγέλλετο. ἔτυχε  
 γὰρ ἡ αὐτὴ εἶνα τῆς παρεστίας αὐτῶν, καὶ τῆς νίκης, ἣν  
 Αντίγονον ναυμαχῶν ἐνίκησε. συνεσταθῆναι τε αὐτῷ αὐτὸς

ea in templo collocasset, eosque honorasset, qui ea attulerant, atque dona Regi ferenda illis deditset, ad Regem eos remisit. At postquam ii Alexandriam peruererunt, Ptolemaeus, intellecto eorum aduentu, et septuaginta senatorum simul venisse, protinus legatos Andream et Aristaeum curat accersendos. Qui, vbi ad eum accesserunt, literas ei, quas a pontifice afferebant, tradiderrunt; et omnia, quibus eos verbis interrogauit, declararunt. Ille vero cupiens senatores alloqui, Hierosolymis ob legum interpretationem venientes, reliquos, qui ob negotia forte aderant, diuiniti iussit: id quod inusitate et contra eius consuetudinem factum est. Qui enim ob huiusmodi causam adducebantur, quinto demum die eum conueniebant; legati vero post unum mensem. Tunc igitur, diuissimis aliis, missos ab Eleazaro exspectauit. Atque vbi seniores illi aduenerunt, dona secum sibi a pontifice ad Regem tradita, et membranas, in quibus scriptas aureis literis leges habebant, ferentes, interrogauit eos de iis libris. Cumque eos, detractis tegumentis, ei ostendissent, Rex, membranarum tenuitatem diutius admiratus, et indiscretas earum commissuras, ita enim libri apti erant et connexi, gratias se illis habens dicebat, qui venissent, et maiores ei, qui misisset, longe vero maximas Deo, cuius leges ut essent contigit. Cumque seniores, et qui vna aderant, Regi uno claimore fausta omnia comprecati essent, pro nimio gaudio lacrymas emisit. ita enim a natura comparatum est, vt idem summae laetitiae, quod doloris, signum esset. Dein cum iussisset libros iis tradi, quorum id munus erat, tunc homines complexus est, dixitque aequum esse, vt prius iis de rebus verba faceret, propter quas eos accersiuisset, ac deinde illos compellaret. Iino et diem quidem eorum aduentus promisit sese insignem facturuin, eundemque singulis annis, quamdiu ipse viueret, solenniter celebraturum. Nam fors ita tulit, vt idem dies esset eorum aduentus, et victoriae, quam ipse de Antigono praelio nauali reportarat. Ignotur eos sibi

ἐκέλευσε, καὶ καταλύσεις αὐτοῖς προσέταξε δοθῆναι τὰς καλλίτας πρὸς τὴν ἀκρα.

β'. Οἱ δὲ ἐπὶ τῆς τῶν ξένων ἀπόδοχῆς τεταγμένοι Νι-  
κάνως, Δωρόθεον καλέσας, ὃς εἶχε τὴν περὶ τύτων πρόνοιαν,  
ἐκέλευσεν ἑτοιμάζειν ἕκαστω τὰ δέοντα πρὸς τὴν δίαιταν.  
διετέτακτο δὲ τοῦτον ὑπὸ τῷ Βασιλέως τὸν τρόπον. κατὰ γὰρ  
πόλιν ἔκαστην, ὅσαὶ καὶ τοῖς αὐτοῖς χρῶνται περὶ τὴν δίαιταν, ἢν  
τύτων ἐπιμελόμενος, καὶ κατὰ τὸ τῶν ἀΦικημένων πρὸς αὐ-  
τὸν ἔθος, πάντ' αὐτοῖς παρεσκευάζετο, ἵνα τῷ συνήθει τρό-  
πῳ τῆς διαιτῆς εὐώχχύμενοι μᾶλλον ἥδωνται, καὶ πρὸς μηδὲν  
αἰς ἄλλοτρίας ἔχον δυχεραίνωσιν. ὃ δὴ καὶ περὶ τύτων ἐγέ-  
νετο, Δωρόθεος διὰ τὴν περὶ τὸν βίον ἀκριβειαν ἐπὶ τύτοις  
καθεστῶτος. συνέργωσε δὲ πάντα δι' αὐτῶν πρὸς τὰς τοιαύ-  
τας ὑποδοχὰς, καὶ διμερῆ τὴν κλισίαν ἐποίησεν, ὅπως προσ-  
τάξαντος τῷ Βασιλέως, τὰς μὲν γὰρ ἡμίσεις ἐκέλευσεν ἀνὰ  
χεῖρα κατακλιθῆναι· τὰς δὲ λοιπὰς μετὰ τὴν αὐτῶν κλισίαν,  
ἡδὲν ἀπολιπὼν τῆς εἰς τὰς ἄνδρας τιμῆς. ὅπει δὲ ὅπως κατε-  
κλιθησαν, ἐκέλευσε τὸν Δωρόθεον, οἵς ἔθεσι χρώμενοι δια-  
τελεῖσι πάντες οἱ ἀπὸ τῆς Ιεδαίας πρὸς αὐτὸν ἀΦιγμένοι,  
καὶ τὰ ταῦτα ὑπηρετεῖν. διὸ τὰς ιεροκήρυκας, καὶ θύτας, καὶ  
τὰς ἄλλας, οἱ τὰς κατευχὰς ἐποιῶντο, παρητήσατο· τῶν δὲ  
παραγενομένων ἔνα, Ελισσαῖακόνομα, ὃντα ιερέα παρεκάλε-  
σσον ὁ Βασιλεὺς ποιήσαθαι κατευχάς. ὃ δὲ, σὰς εἰς μέσον,  
ηὔχετο τῷ Βασιλεῖ τὰ ἀγαθὰ, καὶ τοῖς ἀρχομένοις ὑπὸ αὐ-  
τῶν. εἴτα οὗτος ἐξ ἀπάντων μετὰ χαρᾶς καὶ θοῆς ἥρεθη, καὶ  
παυσάμενοι πρὸς εὐώχίαν καὶ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν παρεσκευ-  
ασμένων ἐτράπησαν. διαλιπὼν δὲ ὁ Βασιλεὺς ἐφ' ὃσον ἔδο-  
ξεν ἀποχρέωντα καὶ ἐναγένετο, Φιλοσοφῶν ἥρεξατο· καὶ ἔκαστον  
αὐτῶν λόγις ἐπηρώτα Φυσικὸς, καὶ πρὸς τὴν τῶν ζητηθέντων  
Θεωρίαν. ἀκριβῶς δὲ ἐκείνων περὶ παντὸς ἀτίνοσθν, ὃ λέγεται  
αὐτοῖς προβληθείη, διασαφύντων, ἥδομενος τοιτούν ἐφ' ἡμέ-  
ρας δώδεκα συμπόσιον ἐποιήσατο. ὡς τῷ Βαλομένῳ τὰ κατὰ  
μέρος γνῶναι τῶν ἐν τῷ συμποσίῳ ζητηθέντων εἶναι μαθεῖν,  
ἀναγνόντι τὸ Αριταίον Βιβλίον, ὃ συνέγραψε διὰ ταῦτα.

conuius esse iussit, eisque sub ipsa arce dari pulcherrima hospitia.

ζ'. Καὶ τοῖς μὲν πολιορκουμένοις ἐν τῷ ιερῷ τοιαῦτα συνέβαινεν εἶναι τὰ πράγματα. Λυσίας δὲ ὁ σεαυτγός, καὶ ὁ βασιλεὺς Αυτίοχος, ἐπειδὴ Φίλιππος αὐτοῖς ἀπὸ τῆς Περσίδος ἥκων ἐδηλώθη, καὶ τὰ πράγματα εἰς ἑαυτὸν κατασκεύαζεν, εἶχον μὲν, ὡς τὴν πολιορκίαν ἀφέντες ἐπὶ τὸν Φίλιππον ὁρμᾶν· ς μὴν τότο ποιῆσαι Θανερὸν τοῖς σεαυτώταχις καὶ τοῖς πήγεμόσιν ἔγγνωσαν. ἀλλ' ὀκλέεντε τὸν Λυσίαν ὁ βασιλεὺς αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἐν κοινῷ διαλεχθῆναι, μηδὲν

mose admodum in eum impetum fecit. Cumque multis, qui circa elephantum erant, peremisset, aliosque dimouisset, sub ventrem subiit, et elephantum vulneratum interfecit. ille vero in Eleazarum collapsus, suo pondere virum opprimit. Et hic quidem, cum magno animo multos ex hostibus perdidisset, hoc modo vitam finiuit.

5. At Iudas, vbi hostium vires animaduertit, Hierosolyma se recepit, seque ad obsidionem tolerandam parabat. Antiochus vero, parte exercitus ad oppugnandam Bethsuram missa, cum reliquis copiis Hierosolyma profectus est. At enim Bethsuritae hostium multitudine teriti, videntesque, commeatus eos deficere, semet ei tradiderunt, fide iureiurando accepta, se nihil mali a Rege pafuros esse. Caeterum Antiochus, vrbe potitus, nulla alia iniuria eos affecit, quam quod nudos eos eiecerit, urbem autem suorum praesidio firmavit. Verum cum longo tempore assideret oppugnando fanum Hierosolymitanum, iis, qui intus erant, acerrime pro salute sua propugnantibus; nam contra singulas, a Rege in eos adhibitas, machinationes, illi etiam alias fecerunt. Commeatus autem eos deficere cooperat, frugibus, quos condiderant, absuntis, terraque eo anno non culta, et, quod septimus erat annus, quo secundum legem tota regio feriatur, nulla semente facta. Multi igitur obfessorum propter necessarium inopiam diffugiebant, adeo ut pauci in templo reliqui fuerint.

6. Atque illis quidem, qui in fano obsidebantur, ita res ceciderunt. Lysias vero copiarum dux et Antiochus rex, postquam eis nunciatum erat, Philippum e Perside venire, et rerum suministrari sibi net vendicare, in ea erant sententia, ut, soluta obsidione, aduersus Philippum ire contenderent; id tamen consilii tam duces, quam milites, celerare decreuerunt. Caeterum rex mandauit Lyliac, ut in concione cum ipso, tum duces, alloqueretur, ne

μὲν τῶν περὶ Φιλίππων ἐμφανίζονται, τὴν δὲ πολιορκίαν ὅπις χρονιστάτη γένοιτο ἀν δηλοῦνται, καὶ τὴν ὄχυρότητα τὸ χωρίον, καὶ ὅτι τὰ τῆς τροφῆς αὐτοῖς ἥδη ἐπελελοίπει, καὶ ᾧς πολλὰ δεῖ κατατηγαῖ τῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ πραγμάτων, καὶ ᾧς δοκεῖ πολὺ κρίτετον εἶναι σπουδὰς ποιηταμένης πρὸς τὰς πολιορκήμενάς, καὶ Φιλίαν πρὸς ὅλον αὐτῶν τὸ ἔθνος, ἐπιτρέψαντας αὐτοῖς χρῆματα τοῖς πατρῷοις νόμοις, ὃν ἀΦαρέθεντες νῦν ἐξεπολεμάθησαν, χωρεῖν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα. ταῦτα τῷ Λυσίῳ Φύσαντος, ἡρόδητό, τε σράτευμα καὶ οἱ πγέρνες τῇ γνώμῃ.

ζ'. Καὶ πέμψας ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν Ιεράλαν καὶ τὰς τοῦ αὐτῷ πολιορκήμενάς, εἰρήνην τε ἐπιτηγγείλατο, καὶ συγχωρεῖν τοῖς πατρῷοις νόμοις χωρεύεις ζῆν. οἱ δὲ ἀσμένιοι δεξαμενοὶ τὰς λόγυς, λαβόντες ὅρκος τε καὶ πίσεις, ἐξῆλθον ἐν τῷ ιερῷ, εἰσελθάντες δὲ Αντίοχος εἰς αὐτό, καὶ θεατάμενος ὄχυρον ὅτας τὸ χωρίον, παρέβη τὰς ὅρκος, καὶ κελεύει τὴν δύναμιν παραστᾶσαν καθελέν τὸ τεῖχος εἰς ἔδαφος. καὶ ταῦτα πολιτοῖς, ἀνέτρεψεν εἰς Αντίοχειαν, ἐπαγόμενος Ονίας τὸν ἀρχιερέα, ὃς καὶ Μενέλαος ἐπαλεῖτο. Λυσίας γάρ συνεβόλευσε τῷ βασιλεῖ, τὸν Μενέλαον ἀνεβλέν, οἱ βόλεται τὰς Ιεραίας περιέποντο, καὶ μηδὲν ἐνοχλεῖν αὐτῷ. τίτον γάρ ἀρέσαται τῶν κακῶν, πείσαντες αὐτῷ τὸν πατέρα τὰς Ιεραίας ἀναγυνάσαν τὴν πάτριον θρησκείαν καταλιπτεῖν. πέμψας οὖν τὸν Μενέλαον ὁ βασιλεὺς εἰς Βέροιαν τῆς Σιγίας διέφθειρεν, ἀρχιερεστοῖς ανταμὲν ἔτη δέκα, πουηζὸν δὲ γένομενον καὶ ἀσεβῆ, καὶ, ἵνα αὐτὸς ἀρχῇ, τὸ ἔθνος ἀναγκάσαντα παραβόντος τὰς ιδίας νόμους. ἀρχιερεὺς δὲ ἐγένετο μετὰ τὸν τὸ Μενέλαον θάνατον Αλκιμός ὁ καὶ Ιάπειμος κληθείς. ὁ δὲ βασιλεὺς Αντίοχος, εὑρὼν ἥδη τὸν Φίλιππον κρατοῦντα τῶν πραγμάτων, ἐπολέμει πρὸς αὐτὸν· καὶ λαβὼν αὐτὸν ὑποχείριον, ἀπέκτενεν. ὁ δὲ τὴν ἀρχιερέως υἱὸς Ονίας, ὃν προσέπομεν ἔτι παῦδα τελευτήσαντος ἀφίεσθαι τὴν πατρὸς, ιδὼν, ὅτι τὸν θεῖον αὐτῷ Μενέλαον ὁ βασιλεὺς ἀνελὼν τὴν ἀρχιερωσύνην Αλκιμῷ δέδωκεν, τὴν οὖτις ἐκ τῶν τῶν ἀρχιερέων γένεσις, ἀλλ' ὑπὸ Λυσίου τε

mentionem quidem faciens negotiorum Philippi, id vero subindicans, oppugnationem fore rem longi temporis, locumque esse munitissimum, et commineatus eos iam defecisse, multaque in regno constituenda esse, adtoque longe melius videri foedus cum obsecisis et amicitiam cum tota illorum gente inire, et sinere eos uti patriis legibus et institutis, quibus ademtis in bellum eruperant, atque ita demum domum redire. Cum ista Lysias loquutus esset, tam ducibus, quam exercitui, ea placuit sententia.

7. Tum Rex, missis ad Iudam et qui cum eo obsecsi erant nunciis, pacem illis se datum ire promisit, libertatemque viuendi patriis legibus. Illi vero verbis istis libenter obsequuti, siveque iureiurando accepta, e templo exierunt. At Antiochus, cum in illud ingressus animaduertisset locum egregie adeo munitum, datum a se iusurandum violauit, praecepitque exercitui, qui tum ei aderat, ut murum diruerent soloque sequarent. Atque his factis Antiochiam reuersus est, secum ducens Oniam pontificem, qui Menelaus vocabatur. Nam Lysias consilium dedit Regi, ut Menelaum interficeret, si vellet Iudeos quiescere, nullumque sibi negotium facere. Hunc enim malorum omnium auctorem existisse, patri ipsius persuadendo, vt Iudeos ad patrium cultum relinquendum adigeret. Rex igitur Menelaum, in Boroeam Syriae urbem ablegatum, interfici iussit, post decennium in pontificatu exactum, hominem malum et impium, qui, vt principatum sibi adstrueret, gentem coegerit a propriis legibus desciscere. Post Menelai autem obitum pontifex factus est Alcimus, qui et Iacimus nominatus. Caeterum Antiochus rex, cum offendisset Philippum rerum gubernaculo admotum, bellum ei mouebat; et in potestatem suam redactum extremo supplicio affecit. Filius autem pontificis Onias, quem puerulum defuncto patre reliquum iam ante diximus, videns, quod Rex, patruo suo sublato, pontificatum Alcimo dedisset, qui non erat de genere pontificali, persuasus nempe a Lysia, ut honorem

Θείς μεταθῆναι τὴν τιμὴν ἀπὸ ταύτης τῆς οἰκίας εἰς ἔτερον οἴκον, Φεύγει πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτῳ βασιλέα· καὶ τυμῆς ἀξιωθεῖς ὑπὸ τε αὐτῷ καὶ τῆς γυναικὸς αὐτῷ Κλεοπάτρας, λαμβάνει τόπον ἀξιώσας ἐν τῷ νόμῳ τῷ Ηλιοπολίτῃ, ἐν ᾧ καὶ ὅμοιον τῷ ἐν Ιερουσαλύμοις ὥκοδομησεν ιερόν. περὶ τῶν μὲν οὖν εὐημέροτερον ἡμῖν ἔται διελθεῖν.

## ΚΕΦ. ί.

**ΩΣ** Βανχίδης ὁ Δημήτειος σρατηγὸς, ἐπιτραπευσάμενος τοὺς Ιαδαίοις, ἄπειπτος αὐτοῖς φίει· καὶ ὡς Νικάνωρ, μετ' ὧ πολὺ κατ' Ιάδαν πομφθεὶς, ἀπώλετο σὺν τῷ σρατῷ περὶ τελευτῆς Αλκίμου, καὶ διαδοχῆς Ιάδα.

**ΥΠΟ** δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Φυγὰν Δημήτειος ἀπὸ Ράμης ὁ Σελεύνης οὐδὲς, καὶ καταλαβόμενος τῆς Συρίας Τείπολιν, περιθῆσι μὲν αὐτῷ διάδημα· συναγαγὼν δέ τινας περὶ χώτον μιθοφίες, εἰς τὴν Βασιλείαν εἰσῆλθε, πάντων αὐτὸν ἥδεως προσδεχομένων καὶ παραδιδόντων αὐτές. συλλαβόντες δὲ καὶ Αντίοχον τὸν Βασιλέα καὶ Λυσίαν, ζῶντας αὐτάγαστην αὐτῷ· καὶ ὅτοι μὲν, κελεύσαντος παραχρῆμα Δημήτειος, διεφθάρεσσαν, βασιλεύσαντος Αντίοχος ἐτῇ δύο, καθὼς ἡδὴ περὶ καὶ ἐν ἄλλοις δεδήλωται. συνεργάζεται δὲ πρὸς αὐτὸν πολλοὶ τῶν Ιαδαίων πονηροὶ καὶ Φυγάδες, καὶ μετ' αὐτὸν Αλκιμος ὁ ἀρχιερεὺς, κατηγόρειν τῷ ἔθνει πάντος, καὶ τῷ Ιάδᾳ καὶ τῷν αἰδελφῶν αὐτῷ, λέγοντες, ὡς τὸς Φίλως αὐτῷ πάντας ἀπέκτεναν, καὶ ὅσοι τὰ ἐκείνη Φρονοῦντες καὶ περιμένοντες αὐτὸν ὑπῆρχον ἐν τῇ Βασιλείᾳ, τάττες ἀπολωλέκαισιν, αὐτές τε τῆς οἰκίας γῆς ἐκβαλόντες ἀλλοτρίας ἐπῆλυδας πεποίκασιν, ἥξειν τε πέμψαντα τῶν ιδίων τινὰ Φίλων, γνῶνται δι' αὐτῷ τὰ ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ιάδαν τετολμημένα.

**β'.** Ο δὲ Δημήτειος παροξυνθεὶς ἐκπέμπει Βανχίδην, Φίλων Αντίοχος τῇ Επιφανίᾳς Βασιλέως, ἄνδρα χρηστὸν, καὶ τὴν Μεσοποταμίαν ἀπασαν πεπιευμένον, δὺς αὐτῷ δύναμιν, καὶ τὸν ἀρχιερέα παραθέμενος αὐτῷ Αλκιμον, ἐντελά-

gentilem ab ea familia in aliam domum transferret, fugit ad Ptolemaeum regem Aegypti: atque, ab eo et uxore eius Cleopatra honorifice exceptus, impetravit ab eis locum in regione Heliopolitana, vbi templum Hierosolymitanum simile aedificauit. Sed de illis dicendi locus erit magis opportunus.

## CAP. X.

*Quomodo Bacchides Demetrii copiarum dux, expeditione in Iudeos suscepta, infecto negotio reuersus est: utque Nicanor non multo post contra Iudam missus cum uniuerso exercitu periiit. De obitu Alcimi, et successione Iudee.*

Eodem tempore Demetrius Seleuci filius Roma profugus, Tripoli Syriae vrbe occupata, diadema sibi imposuit: atque militibus aliquot mercenariis sibi comparatis, regiam ingressus est, omnibus eum laete admordum excipientibus, et semet ei submittentibus. Cum autem Antiochum regem et Lysiam comprehendissent, ipsos ad eum viuos deducunt: atque illi, ita e vestigio iubente Demetrio, a militibus interfecti erant, cum iam annos duos regnasset Antiochus, sicut et alibi iam ante memorauimus. At cum multi ex Iudeis impii et profugi ad eum sese aggregassent, et cum eis Alcimus pontifex, accusabant totam gentem, ac praecipue Iudam et fratres ipsius, narrantes, vt amicos eius omnes trucidarint, et quotquot in regno rebus eius studebant ipsumque exspectabant, etiam illos perdiderint, et ipsos propria e terra electos in aliena peregrinos fecerint; postulabantque, vt, uno aliquo ex amicis suis misso, ex ipso disceret, quae a Iuda patrata fuerint.

2. Demetrius ira commotus mittit Bacchidem, amicum regis Antiochi Epiphanis, vitum probum integrumque, cui tum Mesopotamiae oannis praefectura credita erat, copiis ei datis, commendatoque ipsi Alcimo ponti-

μενος ἀποκτεῖναι Ιεδαν καὶ τὸς σὺν αὐτῷ. ἐξορμήσας δὲ ἀπὸ τῆς Αντιοχείας ὁ Βακχίδης μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ παρεγενόμενος εἰς τὴν Ιεδαίαν, ἐπεμψε πρὸς τὸν Ιεδαν καὶ τὸς ἀδελφὸς αὐτῷ πεζὸν Φιλίας καὶ εἰρήνης διαλεγόμενος. δόλῳ γαρ αὐτὸν ἐβάλετο λαβεῖν. ὁ δὲ ἐκ τῶν εἰρήνης διαλεγούμενος. δόλῳ γαρ αὐτὸν ἐβάλετο λαβεῖν. ὁ δὲ ἐπίτευσεν· ἔώρα γαρ, ὅτι μετὰ σρατιᾶς παρέστη τοσαύτης, μεθ' ὅσης ἐπὶ πόλεμον τις, ἀλλ' όκιν ἐπ' εἰρήνην, ἔρχεται. τινὲς μέντοι γε τῶν ἐκ τῆς δῆμος προσέχοντες οἴς ὁ Βακχίδης ἐπεκηρυκεύσατο, καὶ νομίσαντες ὃδὲν αὐτὸς ὑπὸ Αλκίμου πείσεοδας δεινούς ὄντας ὅμοφύλιον, πρὸς αὐτὸς ἀνεχώρησαν. καὶ λαβόντες ὅρκος παρ' ἀμφοτέρων, μήτε αὐτὸς τι παθεῖν, μήτε τὸς ἐκ τῆς αὐτῆς ὕντας προσωρεύσεως, ἐπίτευσαν αὐτὸς ἐκεῖνοις. ὁ δὲ Βακχίδης ὀλιγωρήσας τῶν ὅρκων, ἐξήκοντα μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, τὸς δὲ ἄλλης, ὅσοι διενοῦντο πρὸς αὐτὸν ἀναχωρεῖν, ἀπέτρεψε, τοῖς πρώτοις τὴν πίσιν μὴ Φυλάξας. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῶν Ιεροσολύμων ἀπελθὼν, κατὰ κώμην Βηθληθῶ λεγομένην ἐγένετο, πέμψας συλλαμβάνει πολλοὺς τῶν αὐτομολεύντων καὶ τυντας τὴν λαθῆ, καὶ, πάντας ἀποκτεῖνας, προσέταξε τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ πᾶσιν ὑπακόειν Αλκίμῳ· καὶ μετὰ σρατιᾶς τινος, ἦσκη τηρεῖν τὴν χώραν αὐτῷ, καταλιπὼν αὐτὸν, εἰς Αντιοχείαν πρὸς τὸν βασιλέα Δημήτριον ὑπέτρεψεν.

γ'. Αλκίμος δὲ τὴν αἰχὴν αὐτῷ βριλόμβος βεβαιώσα-  
θαί, καὶ συνεῖς, ὅτι κατασκευάσας εὖνου τὸ πλῆθος ἀσφα-  
λέσεων ἀρξεῖ, χρηστοῖς ἀπαντας ὑπῆρχε λόγοις, καὶ πρὸς  
ἡδονὴν ἐκαστῷ καὶ χάριν ὄμιλῶν. ταχὺ δὲ μάλα χεῖρα πολ-  
λὴν καὶ δύναμιν πεφιεβάλλετο· τούτων δὲ ἡσαν οἱ πλείους  
ἐκ τῶν ἀσεβῶν καὶ πεφυγαδευμένων, εἰς ὑπηρέτας καὶ σρα-  
τιώτας χρώμενος ἐπήρχετο τὴν χώραν, καὶ ὅσχς ἐν αὐτῇ τὰ  
Ιούδαι Φρονοῦντας εὑρίσκει, ἐφόνευσεν. ὁρῶν δὲ τὸν Αλκίμον  
ἥδη μέγαν ὁ Ιούδαιος γενόμενον, καὶ πολλοὺς διεφθαρκότα  
τῶν ἀγαθῶν καὶ ὄσιών τε ἔθνυς, καὶ αὐτὸς, ἐπιπορευόμενος  
τὴν χώραν, διέφθειρ τοὺς τὰ αὐτὰ ἐκβίνω Φρονοῦντας. βλέ-  
πων δὲ αὐτὸν ὁ Αλκίμος ἀντέχειν τῷ Ιούδᾳ μὴ δυνάμενον,  
ἄλλ' ὑπτάμενον αὐτῷ τῆς ἰχνος, ἐπὶ τὴν παρὰ Δημητρίου τῷ

fice, addito mandato, ut Iudam et qui cum eo erant ferro perimeret. Bacchides autem Antiochia profectus cum exercitu, postquam peruenit in Iudeam, mittit ad Iudam et eius fratres, ut cum eis de pace et amicitia ageret. volebat enim eum per dolum capere. Sed ille fidem ipsi non habuit: videbat enim, quod tanto cum exercitu adesset, quo ad bellum, non ad pacem faciendum, itur. Quidam tamen e populo credentes his, quae Bacchides per praeconem denunciauerat, ratiue, sibi ab Alcino, vtpote populari suo, nihil mali cumenturum esse, ad eos se contulerunt: et iureiurando ab vtrisque accepto, nec ipsos, nec qui eiusdem secum erant voluntatis, mali quidquam passuros esse, eorum fidei fese commiserunt. Bacchides autem, iureiurando insuper habito, sexaginta quidem illorum interfecit, alios vero, quibus in animo erat ad ipsum se recipere, a proposito auertebat, prioribus fide non seruata. Postquam vero Hierosolymis digressus ad vicum peruenit, Béthzetho vocatum; quibusdam e suis emissis, comprehendit perfugorum multos et e populo nonnullos, atque omnibus maestatis, iussit, ut quotquot in ea regione essent Alcimo parerent: reliquisque cum eo militibus, qui ipsum in provincia sua custodienda iuuarent, Antiochiam ad Demetrium regem reuersus est.

3. Alcimus autem omni modo id agens, vt principatum sibi firmaret, sentiensque securius se regnaturum esse, si populum sibi benevolum fecerit, oinnes blandis sermonibus deliniebat, et ad gratiam singulis et delectationem loquendo. Itaque breui admodum validam manum et exercitum sibi comparauit: horum autem plerique erant impii et perfugae, quibus ministris et militibus vtens regionem obiit, et quotquot Iudei rebus studere offendit ad unum obtruncavit. At Iudas videns, Alcimum ad magnam creuisse potentiam, multosque de gente sua viros bonos sanctosque interfecisse, ipse quoque, late per regionem euagatus, partium eius fautores occidebat. Alcimus autem videns, se non posse Iudei exercitui resistere, viribusque eo inferiorem esse, decreuit ad auxilium Demetrii regis con-

Βασιλέως συμμαχίαν ἔγνω τραπέθαι. παρεγυενόμενος οὖν εἰς Αντίοχειαν, παρώξυνεν αὐτὸν ἐπὶ τὸν Ιάδαν, κατηγορῶν, ὡς πολλὰ μὲν ὑπὲρ αὐτῆς πεπόνθει κακὰ, πλείω δὲ γένοιτο ἄν, εἰ μὴ προκαταληφθείη, καὶ δῷ δίκην, δυνάμεως ἰχυρᾶς ἐπ' αὐτὸν ἀποσαλείσης.

δ'. Οἱ δὲ Δημήτριος, τῷτοῦ ἥδη καὶ τοῖς ιδίοις αὐτῷ πράγμασιν ἐπισφαλὲς πρηστάμενος εἶναι, τὸ περιῆδεν Ιάδαν ἐν ἴδιῃ τοσαύτῃ γενόμενον, ἐκπέμπει Νικάνορα, τὸν εὐνόσατὸν αὐτῷ καὶ πιστότατὸν τῶν Φίλων· ἦτος γάρ εἴπιν ὁ καὶ ἀπὸ τῆς Ρωμαίων πόλεως αὐτῷ συμφυγών· καὶ δὲς δύναμιν ὅσην αἱρέσσειν ὑπέλαβεν αὐτῷ πρὸς τὸν Ιάδαν, ἐκέλευσεν αὐτῷ μηδεμίαν Φειδὼ ποιεῖθαι τῇ Ἐθνῇ. οἱ δὲ Νικάνωρ, παρεγυενόμενος εἰς Ιεροσόλυμα, πολεμεῖν μὲν εὑθὺς ἐς διέγνω τὴν Ιάδαν, δόλῳ δὲ υποχείριον λαβεῖν κρένας, προσπέμπει λόγις εἰρηνικὸς αὐτῷ, "μηδεμίαν μὲν ἀνάγκην εἶναι, Φάσκων, "πολεμεῖν· καὶ κινδυνεύειν, ὅρκες δὲ αὐτῷ διδόναν περὶ τὴν μηδὲν πείσεθαι δεινόν. ἡκείνη γάρ μετὰ Φίλων ἐπὶ τῷ ποιῆσαι "Φανερὰν αὐτοῖς τὴν Δημητρίαν τῷ βασιλέως διάνοιαν, ὡς "περὶ τῷ γένει τοῦ αὐτῶν Φρονεῖ." ταῦτα διαπρεσβευταμένος τῷ Νικάνορος, οἱ Ιάδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῷ πειδέντες, καὶ μηδεμίαν ἀπάτην ὑποπτεύσαντες, διδόσας πίσεις αὐτῷ, καὶ δέχονται τὸν Νικάνορα μετὰ τῆς δυνάμεως. οἱ δὲ ἀσπαράμενος τὸν Ιάδαν, μεταξὺ προσομοιλῶν διδώσι τοῖς οἰκείοις τὸ σημεῖον, ὅπως συλλάβωσι τὸν Ιάδαν. οἱ δὲ συνεὶς τὴν ἐπιβλήτην, ἐκπιδήσας πρὸς τὰς ιδίας συνέΦυγε. Φανερᾶς δὲ τῆς προαιρεστέως αὐτῷ καὶ τῆς ἐνέδρας γενομένης, οἱ Νικάνωρ πολεμεῖν ἔκρινε τῷ Ιάδᾳ· καὶ συγκρετίσας καὶ παραπιευσασάμενος πρὸς τὴν μάχην, συμβαλὼν κατά τινα κώμην Κα-Φαρσαλαμάν, καὶ νικήσας, ἀναγκάζει τὸν Ιάδαν ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς Ιεροσολύμοις ἄκραν Φεύγειν.

ε'. Ετι δὲ αὐτῷ κατιόντι ἵκ τῆς ἄκρας εἰς τὸ ιερὸν, ἀπαντήσαντες τῶν ιερέων τινὲς καὶ πρεσβυτέρων ἡσπάζοντο, καὶ τὰς θυσίας ἐπεδείκνυον, ἀς ὑπὲρ τὴν βασιλέως ἔλεγον προσφέρειν τῷ Θεῷ. οἱ δὲ βλασφημήσας αὐτοῖς ἡπειλησεν,

fugere. Antiochiam itaque profectus, magnopere eum in Iudam irritabat, ipsum accusando, quod plurimas ab eo passus esset iniurias, pluresque ab eo fierent, nisi anticipetur, et poenas luat, potenti in eum missso exercitu.

4. Tum Demetrius id suis rebus periculosum esse existimans, si Iudam tanta potentia ac viribus auctum negligeret, Nicanorem mittit, ex amicis summae erga ipsum benevolentiae fideique virum: (idem enim ille erat, qui cum ipso urbe Roma profugerat) datoque ei exercitu, quantum satis esse putabat ad Iudam debellandum, imperauit ei, ut nemini de gente ista parceret. Nicanor autem, cum Hierosolyma venisset, e vestigio aduersus Iudam praeliari non decreuit, dolo vero ipsum in potestatem suam redigere arbitratus, mittit ei verba pacifica, dicens, "nihil causae esse, cur armis decertarent et discriminem addirent, seque paratum esse, fidem iureiurando dare, illum nihil mali passurum esse. ideo enim se venire cum amicorum comitatu, ut mentem Demetrii regis illis patefaceret, qualiter de genere illorum sentiat." Cum ista per legatos promisisset Nicanor, Iudas eiusque fratres credendum illis rati, nihilque fraude agi suspicentes, fidem ei vicissim dant, et Nicanorem cum exercitu suscipiunt. Ille vero, cum Iudam amice salutasset, signum quoddam, dum inter se colloquerentur, suis dat militibus, ut Iudam corriperent. At ille, insidiis intellectis, prosiluit, et ad suos se recipiebat. Nicanor autem, consilio suo patefacto, dolisque iam detectis, tum demum aperto Marte cum Iuda rem gerere statuit: cumque copias vndique contraxisset et ad pugnam eas parasset, praelio commisso ad vicum quandam Capharsalama dictum, partaque victoria, Iudam in arcem, quae Hierosolymis erat, fugere compulit.

5. Cum autem in eo esset, ut ex arce in templum descenderet, sacerdotum nonnulli et senatorum obuiam facti eum salutabant, ostensis sacrificiis, quae se Deo pro Rege oblaturos esse dicebant. Ille vero impie loquutus

εἰ μὴ παρεδῶ τὸν Ιεόδαν ὁ λαὸς αὐτῷ, καθαγηῆσεν, ὅταν  
 ἐπανέλθῃ, τὸν ναόν, καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἀπειλήσας ἔξηλθεν αἴπο  
 τῶν Ιεροσολύμων· οἱ δὲ ιερεῖς εἰς δάκρυα διὰ τὴν ἐπὶ τοῖς  
 εἰρημένοις λύπην προσέπεσον, καὶ τὸν Θεὸν ικέτευον ρύσαθαι  
 ἐκ τῶν πολεμίων αὐτός. ὁ δὲ Νικάνωρ, ὡς, ἐκ τῶν Ιεροσο-  
 λύμων ἔξελθὼν, ἐγένετο κατά τινα κώμην Βεθαρὲν λαγομέ-  
 νην, αὐτόθι σρατοπεδεύεται, προσγυνομένης αὐτῷ καὶ ἄλλης  
 αἴπο Συρίας δυνάμεως· Ιεδας δὲ ἐν Αδασοῖς ἐτέρᾳ κώμῃ,  
 σαδίας ἀπεχύσῃ τριάκοντα τῆς Βεθαρᾶς, σρατοπεδεύεται,  
 τις χιλίας ἀπαντας ἔχων. τάττες παρεομήσας μὴ καταπλα-  
 γῆναι τὸ τῶν ἐναντίων πλῆθος, μηδὲ λογίζεσθαι, πρὸς πόσγες  
 ἀγωνίζεσθαι μέλλασιν, ἀλλὰ τίνες ὄντες καὶ περὶ οἷων ἐπά-  
 θλων κινδυνεύστοιν ἐνθυμιζμένης, εὑφύχως ὁμόστη χωρῆσαι  
 τοῖς πολεμίοις, ἐπὶ τὴν μάχην ἔξαγε· καὶ συμβαλὼν τῷ  
 Νικάνορι, καὶ καρτερᾶς τῆς μάχης γενομένης, κρατεῖ τῶν  
 ἐναντίων, καὶ πολλάς τε αὐτῶν ἀπέκτενε, καὶ τελευτῶν αὐ-  
 τὸς ὁ Νικάνωρ λαμπρῶς ἀγωνίζομενος ἔπεσεν. ὃ περόντος,  
 ὃδε τὸ σράτευμα ἔμενεν· ἀλλὰ τὸν σρατηγὸν ἀπολέσαντες,  
 εἰς Φυγὴν ἐτράπησαν, ρίψαντες τὴν πανοπλίαν. ἐπιδιώκουν  
 δὲ ὁ Ιεδας ἐφόνευσε, καὶ ταῖς σάλπιγξι ταῖς πέριξ κώμαις  
 ἀπῆμασαν, ὅτι τικῷ τὺς πολεμίους. οἱ δὲ ἐν αὐταῖς ἀκόντες,  
 ἔξεπήδων ὀπλισμένοι, καὶ τοῖς Φεύγοντιν ἀπαντῶντες ἔκτε-  
 νον αὐτός, γενόμενοι κατὰ πρόσωπον. ὥστε ἐκ τῆς μάχης ταύ-  
 της ὁδεῖς διέφυγεν, ὄντων αὐτῶν ἐννακισχιλίων. τὴν δὲ οὐκη-  
 συνέβη γενεθῆναι ταύτην τῇ τρισκαρδενάτῃ τῷ μηνός, τῷ λεγο-  
 μένῳ παρὰ μὲν Ιεδαίοις Ἀδάρ, κατὰ δὲ Μακεδόνας Δύσρη.  
 ἀγεστὸν δὲ ἐν τότε τὰ ικιτήρια κατὰ πᾶν ἔτος, καὶ ἔσρην  
 νομίζεσθαι τὴν ήμέραν. ἐξ ἐκείνης μέντοι χρόνου πρὸς ὀλίγουν τὸ  
 τῶν Ιεδαίων ἔθνος τῶν πολέμων ἀναπαυσάμενον, καὶ εἰρήνης  
 ἀπολαμψεν, ἐπειτέρας εἰς ἀγῶνας πάλιν καὶ κινδύνους κατέση.

σ'. Τῷ δὲ ἀρχιερεῖ τῷ Αλκίμῳ βρυληθέντι καθελεῖν τὸ  
 τεῖχος τῷ ἀγίῳ, ὃν παλαιὸν καὶ κατεσκευασμένον ὑπὸ τῶν  
 ἀγίων προφητῶν, πληγὴ τις αἰΦνίδιος ἐκ τῆς Θεᾶς προσέπε-  
 σεν· ὑφῆς ἀφωνός τε ἐπὶ τὴν γῆν κατηρέθη, καὶ Βασαν-

illis minatus est, nisi populus Iudam sibi traderet, tempulum excisurum esse, cum-rediret. Et post has quidem minas iactatas exiit Hierosolymis: sacerdotes vero, propter moerorem ex ipsis, quae dixerat, in lacrymas pro-superunt, Deoque supplicabant, ut ipsos ex hostium manibus liberaret. Nicanor autem cum Hierosolymis egreditus ad vicum quandam peruenisset Bethoron vocatum, illic castra locauit, ubi et alius ei ex Syria accessit exercitus: Iudas autem castra posuit apud Adasa, alium vicum, qui a Bethoro triginta stadiis aberat, non amplius quam mille homines secum habens. Ilos valde hortatus, ut animis mainiue consternati essent ad hostium multitudinem, nec cogitarent, cum quam multis dimicaturi essent, sed ut, quales ipsis et pro qualibus praemiis perieulum subeant, secum reputantes, animose obuiam irent hostibus, in praelium eos educit; et cum Nicanore congressus, editoque acri certamine, aduersarios superat, et multos illorum peremit, tandemque ipse Nicanor egregie pugnans occubuit. Quo caeso, nequaquam substitut exercitus: sed ubi dueem amiserat, abiectis armis sese fugae mandarunt. At Iudas impigre eos persequens magnam stragem edidit, signumque tubis dedit viciis undique finitimiis, quod hostes profligauerat. Illi vero, qui in iis erant, ipsis auditis, armati prosiliebant, et fugientibus obuiam facti occiderunt eos fronte fronti opposita. adeo ut ex hac pugna nemo saluus evaserit, homines licet fuerint ad nouem millia. Contigit autem hanc victoriam reportari decima tertia die mensis, qui a Iudeis Adar, a Macedonibus Dystrus appellatur. atque in eo votiva sacra pro victoria quotannis faciunt, eamque diem pro festo habent. Ex illo quidem tempore Iudeorum gens a bellis aliquandiu requieuit, et pace fruebatur: postea vero in certamina et pericula recidit.

6. Alcimo autem pontifici, cum vellet adyti murum, veterum admodum et a sanctis prophetis exstructum diruere, Deus plagam quandam repentinam inflxit; a qua et voce priuatus in terram concidit, multisque die-

Θεὶς ἐπὶ συχνὰς ἡμέρας ἀπέθανεν, ἀρχιερατεύσας ἐπη τέσσαρα. τελευτήσαντος δὲ τάττη, τὴν αἱρεσίων γένη λαὸς τῷ Ιόδᾳ δίδωσιν· ὃς αἰκίστας περὶ τῆς Ρωμαίων δυνάμεως, καὶ ὅτι καταπεπολεμήκασι τὴν τε Γαλατίαν καὶ τὴν Ιβηρίαν, καὶ Καρχηδόνα τῆς Λιβύης, καὶ πρὸς τούτοις τὴν Ελλάδα κατεβίβανται, καὶ τὰς Βασιλεῖς Περσέας τε καὶ Φίλιππου, καὶ τὸν μέγαν Αντίοχον, ἔγνω Φίλιαν πρὸς αὐτὸς ποιήσαθα. πέμψας οὖν εἰς τὴν Ρώμην τῶν αὐτῷ Φίλων Εύπολεμου τὸν Ιωάννην νιὸν, καὶ Ιάσωνα τὸν Ελεαζάρην, παρεκάλει δὲ αὐτῶν συμμάχες εἶναι καὶ Φίλιας, καὶ Δημητρίῳ γεάψα. ὅπως μὴ πολεμῇ τοῖς Ιεδαιοῖς. ἐλθόντας δὲ εἰς τὴν Ρώμην τὰς παρὰ τῷ Ιόδᾳ πεστευτὰς ή σύγκλητος δέχεται· καὶ, διαλεχθεῖσα περὶ ὧν ἐπέμφησαν, τὴν συμμαχίαν ἐπινεύει. ποιήσασα δὲ περὶ τάττη δόγμα, τὸ μὲν ἀντίγραφον εἰς τὴν Ιεδαιαν ἀπέσειλε· αὐτὸ δὲ εἰς τὸ Καπιτώλιον, εἰς χαλκᾶς ἐγγράφαντες δέλτας, ἀνέθεσαν. ἦν δὲ τοιότον. “Δόγμα συγκλήτης, περὶ συμμαχίας καὶ εὐνοίας τῆς πρὸς τὸ ἔθνος τῶν Ιεδαιών, Μηδένα τῶν ὑποτεταγμένων Ρωμαίοις πολεμεῖν τῶν Ιεδαιών ἔθνει, μηδὲ τοῖς πολεμῆσι χορηγεῖν, η σίτον, η πλοῖα, η χερήματα. ἐὰν δὲ ἐπίωσί τινες Ιεδαιοί, βοηθεῖν Ρωμαίος αὐτοῖς κατὰ τὸ δυνατόν. καὶ πάλιν, ἀν τῇ Ρωμαίων ἐπίωσί τινες, Ιεδαιος αὐτοῖς συμμαχεῖν. ἀν δέ τι πρὸς ταῦτην τὴν συμμαχίαν θελήσῃ τὸ τῶν Ιεδαιών ἔθνος η προσθεῖναι; οὐδὲ Φελεῖν, τῷτο ποιῆγενεδόμα γνώμη τῷ δῆμῳ τῶν Ρωμαίων. ο δὲ ἀν προσεθῆ, τῷτ εἶναι κύριον, ἐγγάφη τὸ δόγμα ὑπὸ Εὐπολέμου τῷ Ιωάννῃ παρδός, καὶ ὑπὸ Ιάσωνος τοῦ Ελεαζάρη, ἐπὶ αἱρεσίως μὲν τοῦ ἔθνες Ιόδα, σεατηγῷ δὲ Σέμιωνος τῷ αἰδελφῷ αὐτῷ.” καὶ τὴν μὲν πρώτην Ρωμαίοις πρὸς Ιεδαιος Φίλιαν καὶ συμμαχίαν ὥτα συνέβη γενέθλαι.

bus cruciatus vita decessit, quadriennium functus pontificatu. Illo vero mortuo, populus Iudee pontificatum dedid: qui cum multa audiisset de Romanorum potentia, eosque subegisse et Galatiam et Iberiam, et Carthaginem in Africa, ac praeterea Graeciam in suam potestatem redegisse, regesque Perseum et Philippum et Antiochum Magnum, decreuit cum illis facere amicitiam. Missis igitur Romam, ex amicis suis, Eupolemo Ioannis filio et Iasone Eleazari filio, voce illorum obsecravat, ut societatem secum inirent et amicitiam, et ut Demetrio scriberent, ne posthac Iudeos bello lacesceret. Cumque Romam venissent Iudee legati, benigne eos excipit senatus: habitoque de iis, quorum missi erant, sermone, societatem coire placuit. Mox facto hac de re senatus-consulto, exemplar eius in Iudeam missum est; illud vero ipsum, in tabulas aeneas incisum, in Capitolium relatum est. Erat autem huiusmodi.

“Decretum senatus de societate et benevolentia erga gentem Iudeorum habenda. Ne quis Romanae ditionis cum gente Iudeorum bellum gerito, neque bellum gerentibus frumentum aut naues aut pecuniam subministrato. Si quis Iudeos inuadat, Romanii illis opem ferunto pro viribus. vicissim, si quis Romanos inuadat, Iudei auxilium ferunto. Si quid ad hoc sociale foedus voluerit gens Iudeorum addere aut ab eo demere, id fiat cum consensu populi Romanii. et quod sic additum fuerit, ratum esto. Scriptum est hoc Senatus-consultum per Eupolemum Ioannis filium et Iasonem Eleazari, Iuda gentis pontifice et duce Simone fratre ipsius.” Atque ita quidem constat primam Romanis cum Iudeis amicitiam et societatem factam esse.

ΚΕΦ. ια.

Οτι πάλιν ἐπὶ τὸν Ιεδαν Βακχίδης ἐκπεμφθεὶς αὐτὸν ἐνέκησεν, καὶ ὡς Ιεδας γενναίως μαχόμενος ἔπεσεν.

**Δ**Ημήτριος δὲ, ἀπαγγελθείσης αὐτῷ τῆς Νικάνορος τελευτῆς, καὶ τῆς ἀπωλείας τῷ σὺν αὐτῷ σρατεύματος, πάλιν τὸν Βακχίδην μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ιεδαίαν ἐξέπεμψεν· δις ἐκ τῆς Αντιοχείας ἐξορμήσας, καὶ παραγενόμενος εἰς Ιεδαν, ἐν Αρβήλοις πόλει τῆς Γαλιλαίας σρατοπεδεύεται· καὶ τὸς ἐν τοῖς ἐκεῖ σπηλαίοις ὄντας· πολλοὶ γὰρ εἰς αὐτὰ συμπεφεύγασιν· ἐκπολιορκήσας καὶ λαβθὼν, ἄρας ἐκεῖθεν ἐπὶ τὰ Ιεροσόλυμα σπεύδην ἐποιεῖτο. μαθὼν δὲ τὸν Ιεδαν ἐν τηις κώμῃ Βηθζηθῶ τάνομα κατερρατοπεδεύμενον, ἐπ' αὐτὸν ἤπειρετο μετὰ πεζῶν μὲν δισμυρίων, ἵππεων δὲ διδυλίων. τῷ Ιεδᾳ δὲ ἥσσαν οἱ πάντες χίλιοι. ὅτοι τὸ Βακχίδην πλῆθος θεωρήσαντες ἔδεισαν, καὶ τὴν παρεμβολὴν καταλεπόντες, ἔφυγον πάντες, πλὴν ὀκτακοσίων. Ιεδας δὲ καταλειφθεὶς ὑπὸ τῶν οἰκείων σρατιωτῶν, καὶ πολεμίων ἐπικινέντων, καὶ ρυδένα καιρὸν αὐτῷ πρὸς συλλογὴν τῆς δυνάμεως ἐπιτρεπόντων, οἵος τε ἦν μετὰ τῶν ὀκτακοσίων συμβαλεῖν τοῖς μετὰ τοῦ Βακχίδεω· καὶ προτρεπόμενός γε τούτκς εὑφύχως ὑφίσαθαι τὸν κινδυνὸν, παρεκάλει χωρεῖν ἐπὶ τὴν μάχην. τῶν δὲ λεγούντων, ὡς ἡκαὶ εἰσὶ πρὸς τοσοῦτον μέγεθος σρατιᾶς ἀξιόμαχοι, συμβαλεύοντων δὲ νῦν μὲν ἀναχωρεῖν καὶ σώζειν αὐτοὺς, αὖθις δὲ συναγαγόντα τοὺς ἴδιας τοῖς ὕχθροῖς συμβαλεῖν, “μὴ τοῦτο, εἶπεν, ἥλιος ἐπίδειος γενόμενον, ἵνα ἔγω τὰ νῶτά με δεῖξω τοῖς πολεμίοις. ἀλλ’ εἰ καὶ τελευτὴν ὁ παρῶν μοι καιρὸς Φέρει, καὶ δεῖ πάντως ἀπολέθει μαχόμενον, σήσομαι γενναίως πᾶν ὑπομένων τὸ μέλλον, ἥ τοις ἥδη κατερραμένοις καὶ τῇ περὶ αὐτῶν δόξῃ προσβαλὼν τὴν ἐκ τῆς νῦν Φυγῆς Ὅβριον.” καὶ ὁ μὲν ταῦτα πρὸς τοὺς ὑπολειφθέντας, παρακαλῶν τοῦ κινδύνου καταφρονήσαντας ὄμόστε χωρῆσαι τοῖς πολεμίοις, ἔλεγεν.

**β'. Ο δὲ Βακχίδης, ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς σρατοπέδου τὴν**

## CAP. XI.

*Quod Bacchides denuo in Iudam missus ipsum superauit: ut que Iudas strenuus se gerens occubuit.*

CETERUM Demetrius, nunciata sibi morte Nicanoris et clade exercitus, qui cum eo erat, misit denuo Bacchidem cum aliis copiis in Iudeam. qui, Antiochia profectus, vbi in Iudeam peruenit, ad Arbela Galilaeae urbem castra metatur. Cumque illos, qui in istius loci speluncis erant, (nam multi in eas con fugerunt) vi ex pugnauerat ceperatque, illinc digressus Hierosolyma properabat: cognitoque, Iudam in vicu Bethzetho dicto castra posuisse, aduersus eum ducebat viginti peditum milia, atque duo equitum millia. At Iudas non plures secum habebat quam mille homines. Illi, visa exercitus Bacchidis multitudine, territi erant, relictisque castris omnes diffugerunt praeter octingentos. Iudas autem a suis militibus desertus, cum hostis iam imminearet, nullumque ei tempus nouos delectus habendi con cederet, in eo erat, vt cum octingentis illis pugnam contra Bacchidem committeret: atque hortatus eos, vt forti animo pericula sustinerent, iussit, vt in aciem prodirent. Illis vero dicentibus se nequaquam posse cum exercitu tantae magnitudinis congredi, atque suadentibus, vt in praesentia quidem recederet et saluti suae consuleret, postea vero, copiis suis collectis, cum hostibus manus consereret, "ne hoc, inquit, sol factum adspiciat, vt terga mea hostibus obuersa ostendam. Sed si nunc fatalis hora venit, vt moriar, et omnia necesse est, vt peream, si pugnem, fortiter tamen stabo, et quicquid futurum sit malo excipere, quam vt res praeclare gestas gloriamque ex illis partam turpi fuga iam dedecorem." Atque ipsis quidem verbis reliquos de suis hortabatur, vt, spreto contemptaque periculo, cum hostibus praelium committerent.

2. Interea Bacchides, cum copiis ex castris egressus,

δύναμιν, πρὸς μάχην παρετάσσετο· καὶ τὰς μὲν ἵππους ἔξ  
εκατέρων τῶν κεράτων ἔταξε, τὰς δὲ ψιλὺς καὶ τοξότας περ-  
εῖσθατο ἀπάσης τῆς Φάλαγγος, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῷ δεξιῷ  
κέρως. δτῶς δὲ συντάξας τὴν σρατιὰν, ἐπεὶ προσέμιξε τῷ  
τῶν πολεμίων σρατοπέδῳ, σημῆναι τὸν σαλπγυκτὴν ἐκέλευσε,  
καὶ τὴν σρατιὰν ἀλαλάξασαν προσιέναι. τὸ δὲ αὐτὸ ποιήσας  
ὁ Ιάδας, συμβάλλει τοῖς πολεμίοις· καὶ καρτερῶς ἀμφοτέ-  
ρων ἀγωνιζομένων, καὶ τῆς μάχης μέχρι δυσμῶν παρετείνο-  
μένης, ἴδων ὁ Ιάδας τὸν Βακχίδην καὶ τὸ κρατερὸν ἐν τῷ δεξιῷ  
κέρατι τυγχάνον τῆς σρατιᾶς, παραλαβὼν τὰς εἰνίουχοτάτας,  
ώρμησεν ἐπ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς τάξεως, καὶ προσβαλὼν τοῖς  
ἴκει, διασπᾶ αὐτῶν τὴν Φάλαγγα. ὠσάμενος δὲ εἰς μέσης,  
εἰς Φαγὴν αὐτὸς ἐβίαστο, καὶ διώκει μέχρις Αἴγαρος δτω  
λεγομένης. Θεατάμενος δὲ τὴν τροπὴν τὴν ἐν τῷ δεξιῷ κέρατι,  
οἱ τὸ εὐώνυμον ἔχοντες, ἐκυκλώσαντο τὸν Ιάδαν διώκοντες,  
καὶ λαμβάνοντες μέσον αὐτὸν κατόπιν γενόμενοι. ὁ δὲ Φεύγειν  
ὡς δυνάμενος, ἀλλὰ περιεχομένος ὑπὸ τῶν πολεμίων, σὰς  
ἐμάχητο μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ. πολλὰς δὲ κτείνας τῶν ἀντι-  
πάλων, καὶ κατάκοπος γενόμενος, καὶ αὐτὸς ἐπεσεν, ἐπὶ κα-  
λοῖς μὲν πρότερον γεγενημένοις, ἐφ' ἴμοῖς δὲ, ὅτε ἀπέθηκε,  
τὴν ψυχὴν ἀΦίεις. πεσόντος δὲ Ιάδα, πρὸς μηδένα τὸ λοιπὸν  
ἀΦορᾶν ἔχοντες οἱ σὺν αὐτῷ, σρατηγὸς δὲ τοιώτας σφρηγέντες  
ἔφυγον. λαβόντες δὲ τὸ σῶμα παρὰ τῶν πολεμίων ὑπόσπου-  
δον Σίμων καὶ Ιωνάθης οἱ ἀδελφοὶ τῷ Ιάδᾳ, κομίσαντες εἰς  
τὴν Μωδιεὺν κάμην, ὅπῃ καὶ ὁ πατὴρ αὐτῶν τέθαπτο, κη-  
δεύγοι, πενθήσαντος ἐπὶ συχνὰς αὐτὸν τῷ πλήθες ἡμέρας,  
καὶ τιμῆσαντος κοινῇ τοῖς νεομισμένοις. καὶ τέλος μὲν τοιώτου  
κατέχειν Ιάδαν, ἄνδρα γενναῖον καὶ μεγαλοπόλεμον γενόμε-  
νον, καὶ τῶν τῷ πατρὸς ἐντολῶν Ματταθίζει μνήμονα, καὶ πάντα  
ὑπὲρ τῆς τῶν πολιτῶν ἐλευθερίας καὶ δράσας καὶ παθεῖν ὑ-  
ποσάντα. τοιώτος οὖν τὴν ἀρετὴν ὑπάρξας, μέγιστον αὐτῷ  
κλέος καὶ μνημέον κατέλιπτεν, ἐλευθερώσας τὸ ἔθνος, καὶ τῆς  
ὑπὸ Μακεδόσιν ἔξαρπάσας αὐτὸ δύλειας· καὶ τὴν ἀρχιε-  
ρωσύνην ἔτος τρέτον κατασχὼν, ἀπέθανεν.

aciem ad pugnam instruebat: atque ita eam ordinavit, ut equites in utroque cornu collocaarentur, atque velites et sagittarii totam phalangem praecederent; ipse vero esset in dextro cornu. Sic instructa acie, quamprimum hostium exercitui admoueretur, iussit tubicinem signum dare, militesque clamore sublato praelium inire. Ideo vbi Iudas fecerat, cum hostibus congreditur, et utrisque acriter dimicantibus, pugnaque ad solis occasum protracta, Iudas, animaduertens Bacchideum et quod erat exercitui robur in dextro esse cornu, assumptis animosissimis quibusque in istam aciei partem impetum fecit: eosque, qui illie erant, aggressus dissoluit eorum phalan gem. Cumque in medios hostes penetrasset, eos in fugam compulit, persequiturque usque ad Aza montem ita appellatum. At qui erant in sinistro cornu, pulsos qui erant in dextro conspicati, Iudae sequentes circumuerunt, atque in tergum conuersi ipsum in medio comprehendunt. Ille vero, cum nulla effugiendi via daretur, sed vndeque hostibus septus esset, constituit cum suis et strenue pugnabat. Cumque multos aduersariorum fuisseisset, atque labore et vulneribus conficeretur, ipse etiam cecidit, aniniusque efflauit, non minus ex rebus iam ante praecclare gestis, quam ex similibus, dum moreretur, coaspicuus. Iuda autem prostrato, qui cum eo erant, non amplius habentes quem sequerentur, tantoque duce orbati, fugae sese mandarunt. Simon vero et Ionathas, fratres Iudei, corpus eius, ex foedere ab hostibus receptum, in Modim vicum deportarunt, vbi et pater eorum monumento conditus erat, atque ibi sepelierunt, cum illum populus vniuersus aliquam multis diebus luxisset, atque solennibus exequiis honorasset. Atque ita quidem vitam finiuit Iudas, vir fortis et bellicosissimus, qui memor erat mandatorum Mattathiae patris, et pro popularium suorum libertate omnia et agere et pati sustinuit. Tanta itaque virtute praeditus, maximam post se reliquit gloriam suique memoriam, gente sua in libertatem vindicata et Macedonia seruitute erepta: cumque tres esset annos pontificatu functus, ita occubuit.

# Φ. Λ. ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΤΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

Περιέχει ἡ Βίβλος χρόνον ἐτῶν ὄγδοην καὶ δύο.

- α'. Οὐκ Ιωνάδης ἀδελφὸς ἦν Ιάδης, τελευτήσαντος αὐτῷ, τὴν ἡγεμονίαν παρέ-  
νεψεν.  
β'. Οὐκ πολεμήσεις Βακχίδην, ἵναγκασε, φιλίαν ποιησάμενον πρὸς αὐτὸν, ἀπελθεῖν  
ἴη τῆς χώρας.  
γ'. Οὐτὶς Αλέξανδρος, δὲ τῇ Επιφανεῖς Αντίοχος νίστης, ἐλθὼν εἰς Συρίαν, ἤρινεγκ πόλεις  
μον πρὸς Δημήτριον.  
δ'. Οὐτὶς Δημήτριος, πρεσβευτάμενος πρὸς Ιωνάδην, ποιεῖται συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν,  
αὐτὸν τὰ πολεῖς διαρηγάμενος καὶ τὸ Ίδνος ἡμῖν.  
ε'. Οὐτὶς Αλέξανδρος, ταῦτ' ἀκόσας, καὶ ὑπερβαλλὼν τὰ παρὰ τὸ Δημητρίον, καὶ ἀπο-  
δεῖξας Ιωνάδην ἀρχιερέα, συμμαχεῖν ὑπεισεν αὐτὸν.  
Ϛ'. Η Οὐρία φίλα πρὸς τὸν Φιλομήτορα Πτολεμαῖον κατὰ τὴν αὐτὸν καιρὸν γενομέ-  
νη, καὶ ὡς φυλοδόμησε τὸν Οὐρία καλύμμενον ναὸν πρὸς τὸν ἐν Ιεροσολύμοις ὄντα.  
ζ'. Οὐτὶς Αλέξανδρος, ἀποδινύντος Δημητρίον, ἐφόδῳ ἐτίμησεν Ιωνάδην.  
η'. Οὐτὶς Δημήτριος δὲ Δημητρίος παῖς, πλέοντας εἰς τὴν Συρίαν ἀπὸ Κρήτης, καὶ πολε-  
μήσας τὸν Αλέξανδρον καὶ κρατήσας, αὐτὸς ἐβασίλευσε, φιλίαν πρὸς Ιωνάδην  
ποιησάμενος.  
ϛ'. Οὐτὶς Τρύφων δὲ Απαμένης καταπολεμήσας Δημήτριον, Αντιόχῳ τῷ Αλεξάνδρῳ οὐδὲ  
παρέβη τὴν βασιλείαν, ποιησάμενος καὶ αὐτὸς σύμμαχον Ιωνάδην.  
ν'. Οὐτὶς Δημητρίος ὥντὸς Πάρθων πίχμαλον τὸ λυφθέντος, δὲ Τρύφων παρεστηνόντος τὸν  
Ιωνάδην, καὶ δόλῳ λαβθεὶν αὐτὸν ἀπέκτεινος, καὶ πόλεμον ἤρινεγκ πρὸς τὸν ἀ-  
δελφὸν αὐτῆς Σίμωνα.  
π'. Οὐτὶς Σίμωνι τῷ ἀδελφῷ αὐτῷ τὴν σρατηγίαν ἴνεχοίστες τὸ Ίδνος, καὶ ἀπέβιεζεν  
αὐτὸν ἀρχιερέα.  
Ϟ'. Οὐτὶς δὲ Σίμων ἐπολιόρκησεν ἐν Δέροις Τρύφωνα σύμμαχος γενέμενος Αντιόχῳ τῷ  
Δημητρίῳ ἀδελφῷ, τῷ καὶ Εβεβεῖτο πικηδύντι.  
ϟγ'. Οὐτὶς Τρύφωνος ἀναριθμήτος, Αντίοχος ἐπολιμένης Σίμωνα, πάκενος Κανδιβαῖον  
τὸν σρατηγὺν αὐτῆς νικήσας, τῆς Ιεδαίας ἐξίβαλεν.  
ϟδ'. Οὐτὶς ὁ περὶ τὸν γαμβρὸν Πτολεμαῖον ἐν ευποτείᾳ δολοφονεῖται δὲ Σίμων ἀποθανεῖν  
καὶ Πτολεμαῖος, δίστης αὐτῷ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα, τὴν ἀρχὴν αὐτὸς ἀπο-  
χεργεῖται καταγέλλειν.  
ϟε'. Οὐτὶς δὲ νεώτερος τῶν Σίμωνας οὐδὲν Τρηκανὸς, φθάσας αὐτὸν, καὶ τὴν ἡγεμονίαν πε-  
ριφλαβθεὶν, ἐπολεόρκησεν πολλῷ χρόνῳ τὸν Πτολεμαῖον, εἰς τοι φρέσιον δυκλεῖ-  
ταις Δαρεῖν καλύμμενον.  
ϟϛ'. Οὐτὶς φραστάμενος ἐφ' Τρηκανὸν Αντίοχος δὲ Εὔσεβης, καὶ προσκεδίσας τῇ τὴν  
Ιεροσολυμῖτῶν πόλει, δίλιστη τὴν πολιορκίαν, λαβθεὶν παρὰ Τρηκανὸς ταῦλαντα  
τριμασίην, καὶ συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν καὶ φιλίαν συνθέμανος.  
ϟζ'. Τρηκανὸς σρατεῖσας, μετὰ τὴν Αντιόχῳ τελευτὴν ἐν Μήδαις ἀποδινύντος, δεῖ Συν-  
έιν· καὶ δὲ πολλὰς πόλεις κατὰ κράτος εἶλεν.  
ϟη'. Φιλία πρὸς Τρηκανὸν Αλεξάνδρῳ τῷ Ζεβινᾶ καλύπτεται.  
ϟϛ'. Οὐτὶς Αντίοχος δὲ Κυζικηνὸς, ἐλθὼν βοηθεῖσα τοῖς Σαμαρεῖσι πολιορκεύμανοις πρὸς  
Τρηκανὸν, ὑπτιτεῖσθε διέφυγε, διακέντων αὐτὸν τὴς Ιεδαίας τὴν οἰνὸν Τρηκανὸν.  
ϟη'. Οὐτὶς παραλιβάνος Αριτσεύδος τὴν ἀρχὴν, διάλυμα πρώτος ἐπιτίθεται.  
ϟη'. Οὐτὶς τελευτήσαντος Αριτσεύδος, δὲ ἀδελφὸς αὐτῷ Αλέξανδρος, τὴν ἀρχὴν παραλι-  
βάνων, ἰεράτευσεν ἐπὶ Συρίαν καὶ Φοινίκην καὶ Αρεβίσιαν, καὶ πελλὶ τὴν ἱερῷστη  
ἱερειρέωσατο.  
ϟϛ'. Πτολεμαῖος τὸν Αλεξάνδρο πρὸς αὐτὸν μάχην καὶ νίκη.  
ϟγ'. Οὐτὶς σρατευτάμενος Δημήτριος δὲ Εύκαιρος ἐπὶ Αλέξανδρον ἐκράτησεν αὐτὸν.  
ϟδ'. Αντιόχῃ τῷ Διονύσῳ λεγομένῳ σρατεῖσας ὥντα Ιεδαίαν, καὶ ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ.  
ϟε'. Οὐτὶς μετὰ τὸν Αλεξάνδρο τελευτὴν ἡ γυνὴ αὐτῷ Αλεξάνδρῳ τὴν βασιλείαν ὑπο-  
τείνει ἔνυκτι κατερχεῖσα, καὶ βιώσασα μετὰ εἰρήνης καὶ δόξης ἀποθανεῖν.

# FLAVII JOSEPHI ANTIQUITATVM IVDAICARVM LIBER DECIMVSTERTIVS.

Continet hic liber tempus annorum LXXXII.

1. **Q**uomodo Ionathas frater Iudee, illo defuncto, principatum suscepit.
2. **Q**uomodo bello cum Bacchide gesto, eodigit eum, post factam cum ipso amicitiam, e Iudea discedere.
3. **Q**uod Alexander, Antiochi Epiphanis filius, in Iudeam profectus, Demetrio bellum instaurauit.
4. **Q**uomodo Demetrius, missa legatione ad Ionatham, eum eo societatem init, multis ipsi gentique nostrae datis munieribus.
5. **Q**uomodo Alexander, bis auditis, cum Demetrium maneribus superasset et Ionatham pontificem fecisset, ipsum in suas partes perstraxit.
6. Sub id tempus Onias intercessit amicitia cum Ptolemaeo Philometore, quoque aedificauit templum, Oniae vocatum, ad similitudinem Hierosolymitanum.
7. **Q**uod Alexander, post mortem Demetrii, Ionatham summe in honore habuit.
8. **Q**uomodo Demetrius Demetrii filius, cum e Creta in Syriam transiesset, belloque Alexandro illato eum devicisset, ipso regnum occupauit, facta cum Ionatha amicitia.
9. **Q**uomodo Tryphon Apamenis, post devictum Demetrium, Antiocho Alexandri filio regnum tradidit, Ionatha ab ipso in societatem recepto.
10. **Q**uomodo, Demetrio & Parthis captivo facto, Tryphon foedus cum Ionatha iniuriam fregit, ipsisque dolo captum occidit, et Simoni eius fratri bellum insulit.
11. **Q**uomodo Iudaeorum gens exercitus imperium detulit Simoni Ionathae fratri, ipsumque pontificem creauit.
12. **Q**uomodo Simon Tryphona in Dora compulsum oppugnatuit, ita societate cum Antiocho Demetriti fratre, cui Pinus cognomen erat.
13. **Q**uomodo, Tryphone sublatu, Antiochus contra Simonem bellum monuit: atque ille Condebatum, eius copiarum ducem, praelio superatum Iudeam expulit.
14. **Q**uod Simon, a genero suo Ptolemaeo inter conuinandum doceo occisus, diem supremum obiit: atque Ptolemaeus, uxore eius et liberis in vincula conieclis, conatus est imperium fibimes afferere.
15. **Q**uomodo Hyrcanus, filiarum Simonis natu minimus, praeoccupato imperio, longo tempore Ptolemaeum obfedit, in arcem inclusum, cui nomen erat Dagan.
16. **Q**uomodo Antiochus Pinus, daldo in Hyrcanum exercitu, admodumque urbem Hierosolymitanam, obfitionem soluit, acceptis ab Hyrcano taenitis retrocessis, et societate cum eo amicitiaque facta.
17. **H**yrcani, post mortem Antiochi (qui apud Medos diem obiit) in Syriam expeditio: usque urbes multas vi expugnatuit.
18. Amicitia facta inter Hyrcanum et Alexandrum cognomine Zebinam.
19. **Q**uomodo Antiochus Cyzicus, cum ad auxilium Samaritis ab Hyrcano obfessis ferendum venisset, fusus fugatusque est, et ab Hyrcani filii Iudea pulsus.
20. **Q**uod Aristobulus, suscepso imperio, primus sedi diadema imposuit.
21. **Q**uomodo, Aristobulo defuncto, frater eius Alexander, qui in imperium successit, expeditionem fecit in Syriam, et Phoenicum et Arabiam, et multos ex hostibus subegit.
22. Ptolemaei Latburi cum eo pugna et victoria.
23. **Q**uomodo Demetrius Eucerus, exercitu in Alexanderum educto, ipsum superauit.
24. Antiochi, Dionysi appellati, in Iudeam expeditio: et quomodo praelio vitoriam reportauit.
25. **Q**uomodo post obitum Alexandri, uxor eius Alexandra, cum imperium per nonuenitum seuisset, et in pace et gloria vivisset, vita secessit.

## ΚΕΦ. α.

Ως Ιωνάθης μετὰ τὸν ἀδελφὸν Ιόδαν τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν· καὶ ὡς ἄμα Σίμωνι αὐτῷ ἀδελφῷ ἐπολέμησε τῷ Βακχίδῃ.

**T**INI μὲν ὃν τρόπῳ τὸ τῶν Ιοδαίων ἔθνος, καταδελώσαμένων αὐτὸ τῶν Μακεδόνων, ἀνυκτήσατο τὴν ἐλευθερίαν, καὶ δὶς σων καὶ πηλίκων ἀγώνων ὁ σεραπηγὸς αὐτῶν ἐλθὼν Ιόδας ἀπέθανεν, ὑπὲρ αὐτῶν μαχόμενος, ἐν τῇ πρὸ ταύτης Βίβλῳ δεδηλώκαμεν. μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Ιόδα, πάλιν ὅτον ἦν τῶν ἀσεβῶν, καὶ παραβεβηκότων τὴν πάτριον πολιτείαν, ἐπεφύη τοῖς Ιοδαίοις, καὶ πανταχόθεν αὐτὸς ακμάζον ἐκάπις. συνελάμβανε δὲ τῇ τάττων πονηρίᾳ καὶ λιμὸς τὴν χώραν καταλαβάνων· ὡς πολλὰς διὰ τὴν σπάνιν τῶν ἀναγκαίων, καὶ τὸ μὴ δύναθαι τοῖς παρ' ἀμφοτέρων, ἀπό τε τῆς λιμῆς καὶ τῶν ἐχθρῶν, δεινοῖς ἀντέχειν, αὐτομολῆσαι πρὸς τὰς Μακεδόνας. Βακχίδης δὲ τῶν Ιοδαίων τὰς ἀποσάντας τῆς πατρίς συνηθείας, καὶ τὸν κοινὸν βίον προηρημένυς συνεθροίσας, τάτοις ἐνεχείρισε τὴν τῆς χώρας ἐπιμέλειαν. οἱ καὶ συλλαμβάνοντες τὰς Ιόδα Φίλας, καὶ τὰ ἐκείνη φρονοῦντες, τῷ Βακχίδῃ παρέδοσαν. ὁ δὲ, Βασανίζων περιτον αὐτὸς, καὶ πρὸς ἥδονὴν αἰκιζόμενος, ἐπειθ' ὅτῳ διεφθάσε. ταύτης δὲ τῆς συμφορᾶς τοῖς Ιοδαίοις τηλικαύτης γενομένης, ἡλίκης ώκη ἥσαν πεπειραμένοι μετὰ τὴν ἐν Βαβυλῶνος ἐπάνεδον, οἱ περιλειφθέντες τῶν ἑταίρων τῷ Ιόδᾳ, βλέποντες ἀπολλύμενον οἰκτρῶς τὸ ἔθνος, προσελθόντες αὐτῷ τῷ ἀδελφῷ Ιωνάθῃ, μημεθαψαν τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ, καὶ τὴν ἐκείνη περὶ τῶν ὄμοφύλων πρόνοιαν ἡξίσν, ἀποθανόντος ὑπὲρ τῆς ἀπάντων ἐλευθερίας, καὶ μὴ περιορᾶν ἀπέρσατευτον τὸ ἔθνος, μηδὲ ἐν οἷς φθίσεσται. ὁ δὲ Ιωνάθης Φίσας ἐτοίμως ἔχειν ἀποθνήσκειν ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ νομιμεῖς κατὰ μηδὲν εἶναι χείρων τῷ ἀδελφῷ, σεραπηγὸς ἀποδείκνυται τῶν Ιοδαίων.

**B.** Ο δὲ Βακχίδης ἀκόστας τῷτο, καὶ φοβηθεὶς, μὴ

## CAP. I.

*Quomodo Ionathas, post Iudam fratrem, principatum suscepit; utque una cum Simone eius fratre bellum fecerit aduersus Bacchidem.*

**Q**UEMADMODVM Iudeorum gens, a Macedonibus in seruitutem adducta, libertatem recuperavit; et quibus quantisque certaminibus defunctus Iudas mortem oppetiit, pro illis strenue pugnans; superiori libro declarauiimus. Iudei vero post interitum, homines nefarii, quotquot erant, quiq[ue] patria instituta violauerant, Iudeos adoriebantur, animisque resumtis eos unanime vexabant. Ad hoc autem illorum malitiam et famas adiuuabat, quae tum forte regionem vrgebat: ita vt multi, ob necessariorum inopiam, et non ferentes malum vtrinque hinc a penuria inde ab hostibus ingruens, ad Macedonas perfugerint. Bacchides autem, Iudeis, qui a patriis moribus desciuerant et profanam vitae consuetudinem eis praetulerant, congregatis, his regionis administrationem commisit. At illi, comprehensis Iudeis amicis et fautoribus, Bacchidae eos tradiderunt. Is vero cum primum tormentis adhibitis eos ad libitum exeruciaret, hoc facto omnes pari crudelitate occidebat. Iudeis itaque in tanta calamitate constitutis, quantum non experti fuerant post suum ex Babylone redditum, qui reliqui erant ex Iudei sociis, cum viderent gentem miserabiliter pereunte, Ionatha eius fratre adito, eum rogarunt, vt fratrem suum sibi in exemplum proponeret, eiusque de popularibus suis curam et prouidentiam, qui pro patriae libertate vitam profudit, imitaretur, et sine defensore non relinqueret gentem, praesertim cum in extremum discrimen adduceretur. Tum Ionathas, cum dixisset se pro illis mortem obitum esse, atque existimaretur nihil inferior esse, quam frater, Iudeorum dux declaratur.  
2. Quod ubi relcuit Bacchides, is veritus, ne Ionathas

παράχη πράγματα τῷ Βασιλεῖ καὶ τοῖς Μακεδόσιν ὁ Ιωνάθης, ὃς καὶ πρότερον Ιάδας, ἀποκτεῖναι δόλῳ τῶν ἐζήτει. ταύτην δὲ ἔχων τὴν προαιρέσιν ὡς ἐλαφεῖ τὸν Ιωνάθην, ἐδὲ τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς Σίμωνα· ἀλλὰ γὰρ μαθόντες ὅτι καὶ παραλαβόντες τὰς ἑταίρες ἀπάντας, εἰς τὴν ἐξημένην τὴν ἐγγυΐα τῆς πόλεως τὸ τάχος ἐΦυγον, καὶ παραγενόμενος ἐπὶ τὸ ὕδωρ τὸ καλύμμενον λάκκα Δσφάε, αὐτόθι διῆγον. ὁ δὲ Βακχίδης αἰδόμενος αὐτὰς ἀπειρηκότας, καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ τυγχάνοντας, ὥρμησεν ἐπ' αὐτὰς μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως, καὶ πέραν τῆς Ιορδάνης σρατοπεδεύμενος, ἀνελάμβανε τὴν δύναμιν. Ιωνάθης δὲ, γυνὴς τὸν Βακχίδην ἐπ' αὐτὸν ἤκοντα, πέμπει τὸν ἀδελφὸν Ιωάννην, τὸν καὶ Γαδῶν λεγόμενον, πρὸς τὰς Ναζαταίς Λαζαρίας, ἵνα παρέ αὐτοῖς ἀπόθηται τὴν ἀποσκευὴν, ἔως ὡς πολεμήσωσι πρὸς Βακχίδην· ἦσαν γὰρ Φίλοι. τὸν δὲ Ιωάννην ἀπιόντα πρὸς τὰς Ναζαταίς ἐνεδρεύσαντες ἐκ Μηδάβας πόλεως οἱ Αμαραίς παιδεῖς, αὐτὸν τε συλλαμβάνοντες καὶ τὰς σὺν αὐτῷ, καὶ διαπάσαντες ὅσα ἐπεκμοίζετο, κτείνοντες καὶ τὸν Ιωάννην καὶ τὰς ἑταίρες αὐτῆς πάντας. δίκην μέντοι γε τύτων ὑπέρχον τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῆς τὴν ἀξίαν, ἷν μετ' ὡς πολὺ δηλώσομεν.

γ'. Ο δὲ Βακχίδης, γυνὴς τὸν Ιωνάθην ἐν τοῖς ἔλεσι τῆς Ιορδάνης κατειρρατοπεδεύμενον, παραφύλαξες τὴν τῶν Σαββάτων ἡμέραν, ἐπ' αὐτὸν ἤκει, ὡς ὡς μαχόμενον ἐκείνη διὰ τὸν νόμον. ὁ δὲ παρορμήσας τὰς ἑταίρες, καὶ πρὶν τῶν ψυχῶν αὐτοῖς εἶναι τὸν κίνδυνον, εἰπὼν, μέσοις ἀπειλημένοις τῷ τοπαμῷ καὶ τῶν πολεμίων, ὡς Φυγεῖν ὡκ ἔχεστιν· οἱ μὲν γὰρ ἐμπροσθεν ἐπίεσαν, οἱ ποταμὸς δὲ ἵν κατόπιν αὐτῶν· σύξαμενος δὲ καὶ τῷ Θεῷ νίκην αὐτοῖς παραχέν, συνάπτει τοῖς πολεμίοις. ὃν πολλὰς καταβαλῶν, ἐπεὶ τολμηῶς εἵδε ἐπερχόμενον αὐτῷ τὸν Βακχίδην, ἐξέτεινε τὴν δεξιὰν ὡς πλήξων αὐτόν. τῷ δὲ προαιδομένῃ καὶ τὴν πληγὴν ἐκκλίναντος, ἀποκηδήσας μετὰ τῶν ἑταίρων εἰς τὸν ποταμὸν, διενῆξατο, καὶ τῶν διασώζοντα τὸν τρόπον εἰς τὸ πέραν τῆς Ιορδάνης, τῶν πολεμίων ὡκ ἔτι τὸν ποταμὸν ἐπιδιαβάντων,

negotium faceſſeret Regi et Macedonibus, quemadmo-  
dum non ita pridem Iudas, dolo quaerebat eum interi-  
mire. Verum hoc illius vaſrum conſilium nec Ioua-  
tham, nec Simonem, ipſius fratrem, latebat: ſed enim illi,  
hac re cognita, ſociisque ſuis omnibus аſſumtis, in ſoli-  
tudinem, quae proxime aberat ab vrbe, fugam matura-  
bant; cumque veniſſent ad aquam, quae dicitur lacus Af-  
phar, ibi morabantur. Bacchides autem, vbi intellexit,  
quod viribus animisque deficerent, et illic loci conſi-  
derent, aduersus eos cum omnibus ſuis copiis profectus  
eſt, et poſitis trans Iordanem caſtris exercitum reficiebat.  
Caeterum Ionathas, certior factus, quod Bacchides contra  
ſe veniret, mittit fratrem ſuum Ioannem, Gaddin etiam  
appellatum, ad Nabataeos Arabas, (erant enim amici), vt  
apud eos impedimenta deponeret, donec acie cum Bac-  
chide dimicaret. At Ioanni, dum iter faceret ad Naba-  
taeos, Amaraei filii, ad infidiandum ex vrbe Medaba  
egrelli, et ipsum, et qui cum eo erant, capiunt, cunctis  
que, quae ferebantur, direptis, et Ioannem et ſocios eius  
omnes interficiunt. Veruntamen poenam ob iſta, quam  
commeruerunt, fratribus ipſius perſoluebant, de qua haud  
muſto poſt verba faciemus.

3. Bacchides autem, cognito, quod Ionathas in Ior-  
danis paludibus caſtra haberet, die Sabbati captato, contra  
eum venit, tanquam ea die non pugnaturum propter legis  
reuerentiam. Ille vero ſocios adhortatus, additoque in-  
ſuper, quod vita illis in periculo eſſet, in medio hostes in-  
ter fluuiumque conſclusis, vt qui non habeant, quo ſe fu-  
ga reciperen, (nam hostes quidem a fronte eos preme-  
bant, a tergo vero flumen erat) quiri: et Deum preca-  
tus, vt illis victoriā daret, eongreditur cum hostibus.  
quorum multis prostratis, vbi cernebat Bacchidem in ſe  
cum impetu ferri, dextram extulit, vt eum feriret.  
Cum autem ille iclum praeuideret eumque declinasset,  
Ionathas cuim ſociis in fluuium inſiluit, et tranauit, at-  
que ita trans Iordanem in tutum euaderunt, quod hostes

αλλ' ὑποσρέψαντος εὐθὺς τῷ Βακχίδῃ εἰς τὴν ἐν Ιεροσολύμοις ἄκραν. ἀπέβαλε δὲ τῆς σρατιᾶς ὡς περὶ διχαιλίγες πολλὰς δὲ τῆς Ιudeίας καταβαλλομένας πόλεις ὠχύρωσε, καὶ τὴν Ιεριχώντα καὶ Εμμαύν, καὶ Βεθωρὸν, καὶ Βεθήλλαν, καὶ Θαμναθά, καὶ Φαραθά, καὶ Τοχόαν, καὶ Γάζαρα. καὶ σύργεις ἐν ἐπάση τῶν πόλεων οἰκοδομήσας, καὶ τείχη περιβαλλὼν αὐτὰς καρτερὰ, καὶ τῷ μεγέθει διαφέροντα, δύναμιν εἰς αὐτὰς κατέσησεν, ὅπως κακοῦ ἐκεῖθεν ὁρμάμενοι τὰς Ιudeίας ἔχωσι. μάλιστα δὲ τὴν ἐν Ιεροσολύμοις ἄκραν ιχύρωσε. λαβὼν δὲ καὶ τὰς τῶν πρώτων τῆς Ιudeίας παιδες ὀμήρεις, εἰς τὴν ἄκραν αὐτὸς ἐνέκλεισε, καὶ τῶν ἐφύλαττες τὸν τρόπον.

δ'. Τπὸ τὸν αὐτὸν δὴ καρὸν παραγενόμενός τις πρὸς Ιωνάθην καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς Σίμωνα, τὰς Αμαραίς παιδας ἀπήγγειλεν αὐτοῖς γάμου ἐπιτελοῦντας, καὶ τὴν νυμφην ἄγοντας, ἀπὸ Γαβαθᾶ πόλεως, θυγατέρα τινὸς ὃσαν τῶν ἐπιφανῶν παρὰ τοῖς Αραψί, μέλλειν δὲ γίνεσθαι παραπομπὴν τῆς κόρης λαθυρεάν καὶ πολυτελῆ. οἱ δὲ περὶ τὸν Ιωνάθην καὶ Σίμωνα, καρὸν ἐπιτηδεότατον εἰς τὴν ἐκδικίαν τάδελφῷ νομίσαντες αὐτοῖς παραφάναμ, καὶ λήψεθαι τὴν ὑπὲρ Ιωάννας δίκην παρ' αὐτῶν ἐπὶ πολλῆς ἐξεστασίας ὑπολαβόντες, ἐξώρμησαν εἰς Μηδάβαν, καὶ τὰς ἔχθράς τοιούτης ὅρες λοχῶντες ἔμενον. ὡς δὲ εἶδον αὐτὸς ἄγοντας τὴν παρθένον, καὶ τὸν νυμφίον, καὶ Φίλων σὺν αὐτοῖς οἷον εἰκὸς ἐν γάμοις ὄχλον, ἀναπηδήσαντες ἐκ τῆς ἐνέδρας ἀπέκτειναν ἀπαντας· καὶ τὸν κόσμον, καὶ τὴν ἄλλην ὅση τότε εἴπετο λεία τοῖς ἀνθρώποις, λαθόντες ὑπέρερψαν. καὶ τιμωρίαν μὲν ὑπὲρ Ιωάννας τάδελφῷ παρὰ τῶν οὐαὶν Αμαραίς τοιαύτην ἀπέλαβον. αὐτοὶ τε γὰρ ὃτοι καὶ οἱ συνεπόμενοι Φίλοι καὶ γυναικες αὐτῶν καὶ τέκνα διεφθάρησαν, ὄντες ὡς τετρακόσιοι.

ε'. Σίμων μὲν οὖν καὶ Ιωνάθης, εἰς τὰ ἔλη τῷ ποταμῷ ὑποσρέψαντες, αὐτόθι κατέμενον. Βακχίδης δὲ, τὴν Ιudeίαν ἀπασαν Φερεαῖς ἀσφαλισάμενος, ὑπέρερψε πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ τότε μὲν ἐπ' ἔτη δύο τὰ τῶν Ιudeίων ἡέρμηπε

non amplius amne in transirent, sed Bacchides e vestigio ad arcem Hierosolymitanam se reciperet. De suo autem exercitu hominum circiter duo millia amisit. Caeterum multas Iudaeae vrbes, quibus deiecta erant moenia, communiuit, et Hierichuntem, et Emmauntem, et Bethoron, et Bethellam, et Thamnatha, et Pharathonem, et Tochoain, et Gazara. Cumque turres in vnaquaque vrbe aedificasset, et muros validos et magnitudine praecellen tes eis circumdedisset, in illis praesidia collocauit, ut factis inde excursionibus Iudeos infestarent. Maxime vero omnium Hierosolymorum arcem firmauit. Cumque et principum Iudaeae filios obsides accepisset, eos in arce in inclusit, atque itaque custodiebat.

4. Sub id tempus igitur quidam Ionathan et Simonem eius fratrem adiit, illisque nunciauit, Amaraei filios, nuptias celebrantes, sponsam ducere ex vrbe Gabatha, filiam cuiusdam de viris illustribus apud Arabas, fore que, ut puella dederetur eum splendido et sumtuoso apparatu. Ionathas autem et Simon, rati tempus sibi opportunissimum oblatum esse ad fratrem vlciscendum, opinatique se facillime posse Ioannis occisi poenas ab illis repetrere, Medabam profecti sunt, et ad montem in insidiis locati inimicos exspectabant. Cumque eos animadvertisserent virginem ducentes, sponsumque, et magnam cum eis, ut in nuptiis fieri solet, amicorum turbam, exsiliuerunt in eos ex insidiis, et omnes ad vnum interfecerunt, captoque mundo muliebri et reliqua, quae viros tunc sequebatur, praeda, reuersi sunt. Atque huiusmodi supplicium ab Amaraei filiis sumserunt ob ea, quae Ioanni fratri fecerant. nam et illi ipsi et qui eos comitabantur amici, ut et vxores eorum et liberi, numero ad quadragecentos, occisi sunt.

5. Et quidem Simon et Ionathas, in fluuii paludes reuersi, illic confederunt. Bacchides vero, cum Iudeam omnem praesidiis muniisset, ad Regem se recepit. Et tunc quidem per integrum biennium in tranquillo

πράγματα. οἱ δὲ Φυγάδες καὶ οἱ ἀσεβεῖς, ὅρῶντες τὸν Ιωνάθην καὶ τὰς σὺν αὐτῷ μετὰ πολλῆς ἀδείας ἐνδιατείζοντας τῇ χώρᾳ διὰ τὴν εἰένην, πέμπτοι πρὸς Δημήτριον τὸν Βασιλέα, παρακαλοῦντες ἀποσῆλαν Βακχίδην ἐπὶ τὴν Ιωνάθην σύλληψιν. ἐδόλουν γὰρ αὐτὴν ἀπόνως ἐσομένην, καὶ νυκτὶ μᾶ, μὴ προσδοκῶσιν αὐτοῖς ἐπιπεσόντας, ἀποκτενεῖν ἀπατατας. τῷ δὲ Βασιλέως ἐκπέμψαντος τὸν Βακχίδην, γενόμενος ὃτος ἐν τῇ Ιαδαίᾳ πᾶσιν ἔγεαψε τοῖς Φίλοις καὶ Ιαδαίοις καὶ συμμάχοις, συλλαβεῖν αὐτῷ τὸν Ιωνάθην. σπυδαζόντων δὲ πάντων καὶ μὴ δυναμένων κρεατῆσαι τῷ Ιωνάθῃ· ἐφυλάττετο γὰρ σφόδρα τὴν ἐπιβλήνη ἡθημένος· ὁ Βακχίδης ὁργισθεὶς τοῖς Φυγάσιν, ὡς ψευσταμένοις αὐτὸν τε καὶ τὸν βασιλέα, πεντήκοντα αὐτῶν τὰς ἥγεμενας συλλαβὼν, ἀπέκτενεν. ὁ δὲ Ιωνάθης σὺν τάδελφῷ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ εἰς Βηθαλαγὰν αναχωρεῖ, κώμην ὃσαν ἐν τῇ ἑρήμῳ. Θρηθεὶς τὸν Βακχίδην· καὶ οἰκοδομῆσας πύργος, καὶ τείχη περιβαλόμενος, αὐτὸν ἔχειν ἀσφαλῶς πεφρεγμένον. Βακχίδης δὲ ταῦτα ἀκάστας, τὴν τε μεθ' ἔαυτῷ σρατιὰν ἄγων, καὶ τῶν Ιαδαίων τὰς συμμάχους παραλαβὼν, ἐπὶ τὸν Ιωνάθην ἤκε, καὶ προσβαλὼν αὐτῷ τοῖς ὄχυρομαστιν, ἐπὶ πολλὰς αὐτὸν ὑμέρας ἐπολιόρκει. ὁ δὲ πρὸς τὴν σπυδὴν τῆς πολιορκίας ὃν ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ καρτερῶς ἀντιστάς, Σίμωνα μὲν τὸν ἀδελφὸν ἐν τῇ πόλει καταλείπει, τῷ Βακχίδῃ πολεμάσοντα· λάχεα δὲ αὐτὸς εἰς τὴν χώραν ἐξελθὼν, καὶ συναγαγὼν χεῖρα πολλὴν παρὰ τῶν τὰ αὐτὰ Φρεγούντων, νυκτὸς ἐπιπίπτει τῷ Βακχίδῃ σρατοπέδῳ, καὶ συχνὺς αὐτῶν διαφθείρεις, Φανερὸς καὶ τάδελφῷ Σίμωνι γίνεται τοῖς ἔχθροῖς ἐπιπεσών. καὶ γὰρ ὃτος αἰδόμενος τὰς πολεμίας ὑπὲρ αὐτῷ κτενομένης, ἐπέξεισιν αὐτοῖς, καὶ τά τε μηχανήματα τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐνέπεργε τῶν Μακεδόνων, καὶ Φόνον αὐτῶν ἵκανὸν εἰργάσατο. Θεασάμενος δὲ αὐτὸν ὁ Βακχίδης ὑπὸ τῶν ἔχθρῶν ἀπελημένον, καὶ τὰς μὲν ἐμπροσθειν αὐτῷ, τὰς δὲ ὅπιαδεν προσκειμένης, εἰς ἀθυμίαν ἄμα καὶ ταραχὴν τῆς διανοίας ἐνέπεσε, τῷ παρέλπιδας ἀποβάντι τῆς πολιορκίας συγχυθείς.

erant Iudeorum res. Verum transfugae et scelerati, cum viderent Ionatham cum suis pacis beneficio quietos securosque in regione agere, ad Demetrium regem quosdam legarunt, rogantes, ut Bacchidem mitteret ad Ionatham capiendum. Hoc enim in proclui fore significabant, unaque nocte omnes, si eos de improviso adoraretur, opprimi posse. Cum autem Rex eo Bacchidem misisset, ille ubi in Iudeam venit, scripsit ad amicos suos omnes, et Iudeos et auxiliares, ut Ionatham comprehensum ad se adducerent. Postquam vero omnes summo studio id agerent, nec quidquam proficerent ad Ionatham capiendum (nam sibi valde cauebat, intellectis eorum insidiis), Bacchides, iratus perfugis, ut qui rem falso ad ipsum pariter ac Regem detulissent, ex principibus illorum ad quinquaginta homines comprehendit et interfecit. Ionathas autem cum fratre suounque manu Bacchidis metu Bethalagani secessit, vicum in solitudine situm: et turribus aedificatis et moenibus ei circumdati, se a periculo securum conseruabat. At Bacchides, istis auditis, cum copiis, quae tum sibi aderant, exiens, et Iudeis in auxilium euocatis, contra Ionatham profectus est, eiusque munitis ad moto exercitu, dies aliquammultos ipsum obsidebat. Ille vero acri oppugnantium studio nihil cedit, sed, cum fortiter restitisset, Simonem fratrem in urbe relinquuit, aduersus Bacchidem praeliaturum: ipse vero clam in regionem egressus, maguaque inter suae factionis homines manu collecta, nocte in castra Bacchidis impetum facit; et cum multos illic occidisset, Simoni etiam fratri palam fit, quod hostes esset adortus. nam et is sentiens stragem ab illo editam exit in eos, et Macedonum machinas, in obsidionem paratas, incendit, et caede multa in eos grassatur. Bacchides autem, cum vidisset se ab inimicis circumuentum, et alios quidem a fronte, alios vero a tergo ipsum urgentes, in desperationem animique consternationem incidit, vehementer perturbatus, quod res obsidionis praeter spem ceci-

τὸν μέντοι γε ὑπὲρ τάτων Θυμὸν εἰς τὰς Φυγάδας, οὐ μετέπεμψαντο παρὰ τὴν Βασιλέως αὐτὸν, ἀπέσκηψαν, ὡς ἐξηπατηκότας· ἐβύλετο δὲ τελέσας τὴν πολιορκίαν εὑπερεπῶς, εἰ δυνατὸν, εἰς τὴν οἰκείαν ὑποσχέθειν.

5. Μαθὼν δὲ αὐτῷ τὴν διάνοιαν Ιωνάθης, πρεσβεύεται πρὸς αὐτὸν περὶ Φιλίας καὶ συμμαχίας, ἵπας ἀποδῶσιν ἀλλήλοις διὰ εἰλήφασιν αἰχμαλώτες ἐκάτεροι. νομίσας δὲ ταῦτην εὑπερεπεσέραν ὁ Βακχίδης τὴν ἀναχώρησιν, σπένδεται πρὸς τὸν Ιωνάθην Φιλίαν· καὶ ὥμοσαν μὴ σφατεύειν ἔτι κατὰ ἄλλήλων. καὶ τοὺς τε αἰχμαλώτες ἀποδοὺς, καὶ τοὺς ιδίους κομισάμενος, ὑπέστρεψεν εἰς Αντιόχειαν πρὸς τὸν Βασιλέα. καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἀναχώρησιν, ὡκ ἔτι εἰς τὴν Ιδαίαν ἐνέβαλσν. ὁ δὲ Ιωνάθης, ταύτης τῆς ἀδείας λαβόμενος, καὶ ποιώμενος ἐν Μαχμᾶ πόλει τὴν δίαιταν, αὐτόθι τοῖς ὄχλοις διεπε τὰ πράγματα, καὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἀσθετεῖς κολάζων ἐκάθηρεν οὕτως ἀπὸ τούτων τὸ ἔθνος.

### ΚΕΦ. β'.

Ως Αλέξανδρος, πολεμῶν τῷ Δημητρίῳ, πολλὰ ἐδωρήσατο Ιωνάθη, καὶ ἀποδεῖξας αὐτὸν ἀρχιερέα συμμοχεῖν ἐπεισεν αὐτῷ, εἰ καὶ μείζονα ἐκείνῳ ὑπιδυνεῖτο Δημήτριος. περὶ Δημητρίᾳ τελευτῆς.

ΕΤΕΙ δὲ ἐξηκοσῷ καὶ ἑκατοσῷ Αλέξανδρον τὸν Αντιόχη Επιφανῆς υἱὸν, ἀναβάντα εἰς Συρίαν, συνέβη καταλαβέσθαι Πτολεμαῖδα, ἐκ προδόσίας τῶν ἐνδοθεν σφατιωτῶν. ἀπεχθῶς γαρ εἶχον πρὸς τὸν Δημήτριον, διὰ τὴν ὑπερφανίαν αὐτῷ καὶ τὸ δυσέντευκτον. ἀποκλείσας γαρ αὐτὸν εἰς τετραπύγιον τι Βασιλείου, ὃ κατεσκεύασεν αὐτὸς ὥκ ἀποθεν τῆς Αντιοχείας, ὀδένα προσίετο, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰ πράγματα ῥάθυμος ἦν καὶ ὀλγωρος. ὅθεν αὐτῷ καὶ μᾶλλον τὸ παρὰ τῶν ὑποτεταγμένων μῆσος ἐξήφθη, καθὼς ἥδη καὶ ἐν ἄλλοις δεδηλώκαμεν. γενόμενον οὖν ἐν Πτολεμαῖδι τὸν Αλέξανδρον ἀκέστας ὁ Δημήτριος, ἦγεν ἀπασταν ἀναλαβών τὴν

derint. Veruntamen iram inde collectam in perfugas, qui ipsum a Rege accersuerant, conuertit, quasi ab eis deceptus: volebatque, obsidione finita, cum dignitate, si fieri posset, domum redire.

6. Quod eius consilium ubi Ionathas intellexit, legatos ad eum mittit de amicitia et societate ineunda, ea conditione, ut sibi inuicem redderent, quos utriusque captivos fecerint. Bacchides, huiusmodi discessiōnēm sibi alia honestiorem fore ratus, paciscitur cum Ionatha amicitiam, sibique mutuo iurarunt neutrum alteri arma illaturum. atque ita, redditis receptisque captiuis, Antiochiam ad Regem reuersus est: et post hunc discessum deinceps nullum in Iudeam impetum fecit. Ionathas vero hanc securitatem nactus, et in Machina vrbe vitam agens, illic populo res administrabat: atque sceleratos et impios suppicio afficiens, hoc modo gentem ab illis perpurgauit.

## CAP. II.

*Quomodo Alexander bellum gerens aduersus Demetrium Ionathae multa elargitus est, et pontificatu ei delato ipsum in societatem suam pertraxit, quamvis illi maiora pollicitus esset Demetrius. De obitu Demetrii.*

**A**nno autem centesimo sexagesimo contigit, ut Alexander, Antiochi Epiphanis filius, cum Syriam adscendisset, Ptolemaidem occuparet, proditione militum, qui eam praesidio tenebant. infensi enim erant Demetrio, tum quod is superbus esset, tum quod difficulter ad eum patet aditus. nam cum in regiam quandam quatuor turribus munitam se conclusisset, quam ipse non procul ab Antiochia exstruxerat, neminem in eam admittebat: sed in rebus administrandis socors erat et negligens. unde et subditorum in eum odium magis accensum erat, sicuti alibi etiam declarauimus. Itaque Demetrius, ubi fama accepit Alexandrum esse in vrbe Ptolemaide, copiis suis omni-

δύναμιν ἐπ' αὐτόν. ἔπειρψε δὲ καὶ πρὸς Ιωνάθην πρέσβετος περὶ συμμαχίας καὶ εὐνοίας. Φθάσας γοὺς τὸν Αλέξανδρον διέγυν, μὴ προδιαλεχθεῖς ἐπεῖνος αὐτῷ χῇ τὴν παρ' αὐτῷ βοήθειαν. τέτο δ' ἐποίει, Φοβηθεῖς, μὴ μνησικαιήσας ὁ Ιωνάθης αὐτῷ τῆς ἔχθρας συνεπιθῆται. προσέταξεν οὖν αὐτῷ συναθροίζειν δύναμιν, καὶ κατασκευάζειν ὅπλα, καὶ τὺς ὄμηρους, ὃς τῶν Ιεδαίων ἐνέκλεισε Βακχίδης ἐν τῇ ἀκρᾳ τῶν Ιεροσολύμων, ἀπολαβεῖν· τοιάτων οὖν αὐτῷ τῶν παρὰ Δημητρίῳ προσπεσόντων, ὁ Ιωνάθης παραγενόμενος εἰς τὰ Ιεροσολύματα, τὴν ἐπιτολὴν ἀνέγυν τῇ Βασιλέως, ἀκρόντων τῇ τε λαεῖ καὶ τῶν Φρεγούντων τὴν ἀκρόπολιν. ἀναγυναθέντων δὲ τύτων, οἱ ἀσεβῆς καὶ Φυγάδες ἐκ τῆς ἀκρόπολεως λίαν ἔδισταν, ἐπιτετροφότος Ιωνάθη τῇ Βασιλέως σρατιαν συλλέγειν καὶ τὺς ὄμηρους ἀπολαβεῖν. ὁ δὲ τοῖς γουνεῦσιν ἐκάστῳ τὸν ἕδιον ἀπέδωκε. καὶ ὥτας μὲν Ιωνάθης ἐν Ιεροσολύμοις τὴν μονὴν ἐποιῆστε, κανοίζων τὰ κατὰ τὴν πόλιν, καὶ πρέστη τὴν αὐτῷ Βάλησιν κατασκευάζων ἔκαστον. ἐκέλευσε γὰρ οἱ κοδομηθῆναι καὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως ἐκ λίθων τετραγώνων, ὡς ἂν ἡ πρὸς τὺς πολεμίγις ἀσφαλέστερα. ταῦτα δὲ ὁρῶντες οἱ τῶν Φρεγίων τῶν ἐν τῇ Ιεδαίᾳ Φύλακες, ἐκλιπόντες αὐτὰ πάντες ἔφυγον εἰς Αντιόχειαν, παρεξ τῶν ἐν Βεδσύρᾳ πόλεις, καὶ τῶν ἐν τῇ ἀκρᾳ τῶν Ιεροσολύμων. Ὅτοι γὰρ ἡ πλειόνων μοῖρα τῶν ἀσεβῶν Ιεδαίων καὶ πεφευγότων ἦσαν, καὶ διὰ τότε τὰς Φρεγαὶς ὥκει ἐγκατέλιπον.

β'. Γνάς δὲ Αλέξανδρος τάς τε ὑποχέσεις, ἀς ἐπειήσατο Δημητρίος πρὸς Ιωνάθην, καὶ εἰδὼς καὶ τὴν ἀνδρείαν αὐτῷ, καὶ ὅπόστα διέθηκε πολεμῶν τὺς Μακεδόνας, καὶ πάλιν οἵα πεπονθώς αὐτὸς εἴη ὑπὸ Δημητρίου καὶ Βακχίδης τῷ Δημητρίῳ σρατηγῷ, σύμμαχον ὥκει ἀν εὔρειν Ιωνάθης ἀμείνω πρὸς τὺς Φίλους ἔλεγεν ἐν τῷ παρόντι καὶρῷ· ὃς καὶ πρὸς τὺς πολεμίγις ἐξὶν ἀνδρεῖος, καὶ μῆσος οἰκεῖον ἔχει πρὸς Δημητρίου, πολλὰ πεπονθώς ὑπ' αὐτῷ κακὰ καὶ πεποιηκάς. εἰ τοιγαρεῦν δοκεῖ Φίλον ποιεῖθαι αὐτὸν κατὰ Δημητρίου, νῦν ἐτίνι ὥκει ἄλλο τε χρησιμάτερον παρακαλεῖν αὐτὸν ἐπὶ τῷ

bus assumtis contra eum profectus est. Quin et legatos ad Ionatham misit, ut eum sibi socium haberet benevolumque. Ei enim in animo erat, ut Alexandrum praeueniret, ne is cum Ionatha prior colloquutus illius auxilium impetraret. idque eo magis faciebat, veritus, ne Ionathas, iniuriarum memor, ipsum inimicitarum ergo una adoriretur. Ei itaque imperauit, ut delectum haberet, et arma compararet, obsidesque Iudeorum recipere, quos Bacchides in Hierosolymorum arcem conluerat. Igitur cum mandata eiusmodi ad eum a Demetrio delata essent, Ionathas, ubi ad Hierosolyma venit, literas recitauit, audientibus omnibus tum caeteris, tum iis, qui arcem praefidio tenebant. Illis autem recitatis, impii et transfugae, qui in arce erant, vehementer territi sunt, quod Ionathae facta esset a Rege exercitum colligendi potestas, obsidesque sibi habendi. Ille vero eos parentibus suis quemque reddidit. Atque ita quidem Ionathas Hierosolymis habitabat, urbem instaurans et pro arbitrio suo unumquodque construens. iussit enim aedificari muros urbis ex lapidibus quadratis, ut essent illi ab hostibus tutiores. Ista autem cum animaduerterent qui in praefidio erant munitionum per Iudeam, cuncti, illis relictis, Antiochiam diffugerunt, praeter eos, qui Bethsuram tenebant et Hierosolymorum arcem. Horum enim pars maxima Iudei erant impii et transfugae: ideoque praefidia non deferebant.

2. Alexander autem, cum didicisset, quid Demetrius Ionathae promiserit, simul et resciuisset, et quam egregie se gesserit, et quae mala bellando Macedonibus intulerit, quaeque vicissim ille passus fuerit a Demetrio et Bacchide duce copiarum Demetrii, apud amicos dictitabat, non posse se eo tempore commodiorem socium habere quam Ionatham: qui et fortis est aduersus hostes, et singulari Demetrium odio prosequitur, ut qui multas iniurias ab eo acceperit, multisque vicissim eum affecerit. Itaque si idei ipsi videatur, ut illum sibi amicum sociumque facerent contra Demetrium, nunc potius quam alio tempore e re sua erit illum inquitare ad societatem ineun-

συμμαχίαν. δόξαν σὺν αὐτῷ, καὶ τοῖς Φίλοις πέμπει πρὸς τὸν Ιωνάθην, γεάφει τοιαύτην ἐπιστολήν. ΒΑΣΙΛΕΤΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΙΩΝΑΘΗ: ΤΩ: ΑΔΕΛΦΩ: ΧΑΙΡΕΙΝ. “Τὴν μὲν ἀνδεσίαν σε καὶ πίσιν ἀκηκόαμεν “πάλαι, καὶ διὰ τῦτο πεπόμφαμεν πρὸς σε περὶ Φίλας καὶ “συμμαχίας. χειροτονεῖμεν δέ σε σῆμερον ἀρχιερέα τῶν Ιω-“δαίων, καὶ Φίλον ἐμὸν καλεῖσθαι. ἀπέσαλκα δέ σοι καὶ “δωρεᾶς, σολὴν πορφυρᾶν καὶ σέφανον χρύσεον, καὶ παρα-“καλῶ τιμηθέντα υἱόν ἡμῶν ὅμοιον γίνεσθαι περὶ ἡμᾶς.

γ'. Διεξάμενος δὲ τὴν ἐπιστολὴν ὁ Ιωνάθης, ἐνδύεται μὲν τὴν ἀρχιερατικὴν σολὴν, τῆς Σκηνοπηγίας ἐντάσσης μετὰ ἔτει τέσσαρα, ἢ τὸν ἀδελφὸν αὐτὸν Ιάδαν ἀποθανεῖν. καὶ γὰρ γέλει κατὰ τῶν τὸν χρόνον ἀρχιερεύς τις ἐγγύονει. συνάγει δὲ δύναμιν πολλὴν, καὶ πλῆθος ὅπλων ἔχαλκευε. Δημήτριον δὲ ταῦτα σφόδρᾳ ἐλύπησε μαθόντα, καὶ τῆς βρεδυτῆτος ἐστὸν ἐποίησεν αἰτιᾶσθαι, ὅτι μὴ περολαβὼν Αλέξανδρον αὐτὸς ἐφιλανθρωπεύσατο τὸν Ιωνάθην, ἀλλ' ἐκείνῳ καταλίποι καρεὸν εἰς τούτο. γεάφει μέντοι καὶ αὐτὸς ἐπιστολὴν τῷ Ιω-νάθῃ καὶ τῷ δῆμῳ δηλοῦσαν τάδε. “ΒΑΣΙΛΕΤΣ ΔΗ-“ΜΗΤΡΙΟΣ ΙΩΝΑΘΗ: ΚΑΙ ΤΩ: ΕΘΝΕΙ ΤΩΝ “ΙΟΤΔΑΙΩΝ ΧΑΙΡΕΙΝ. Επειδὴ διετηρήσατε τὴν “πρὸς ἡμᾶς Φίλας, καὶ περάσασιν ὑμᾶς τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς “οὐ προσέθεσθε, καὶ ταύτην μὲν ὑμῶν ἐπαγνῶ τὴν πίσιν, καὶ “παρεκαλῶ δὲ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένειν, ἀποληψομένς ἀμοι-“βάς παρ' ἡμῶν καὶ χάριτας. τοὺς γὰρ πλείστους ὑμῶν ἀν-“σω τῶν Φόρων καὶ τῶν συντάξεων, ἀς προστελέστε τοῖς πρὸ “ἐμοῦ βασιλεῦσι καὶ ἐμοὶ. νῦν τε ὑμῖν ἀφίημι τοὺς Φόρους, “οὓς ἀεὶ παρείχετε. πρὸς τούτοις καὶ τιμὴν ὑμῖν χαρίζομαι “τῶν ἀλῶν καὶ τῶν σεφάνων, οὓς προσεφέρεστε ἡμῖν· καὶ “ἀντὶ τῶν τρίτων τῷ καρποῦ, καὶ τῷ ἡμίσης τῷ ξυλίνῳ καρ-“ποῦ τὸ γενομένον ἐμοὶ μέρος ὑμῖν ἀφίημι, ἀπὸ τῆς σῆμερον “ἡμέρας. καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς ἐκάστης ὃ ἔδει μοι δίδοθαι τῶν “ἐν τῇ Ιαδαίᾳ κατοικήντων, καὶ τῶν τριῶν τοπαρχιῶν τῶν τῇ “Ιαδαίᾳ προσκεμμένων, Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας καὶ Πε-

dam. Cum igitur ita visum esset ei et amicis, vt ad Ionatham mitterent, huiusmodi literas scribit. **REX ALEXANDER IONATHANI FRATRIS.** "Iam dudum audiuimus de fide tua et fortitudine: ideoque ad te misimus, qui de amicitia et societate agant. Porro te facimus hodie Iudeorum pontificem, et vt noster amicus dicare statuimus. Quin et munera tibi mitten da curaui, stolam purpuream et auream coronam: te que obsecro, vt a nobis honoratus similiter erga nos affectus sis.

3. His literis acceptis, Ionathas pontificalem stolam induit, instante Vmbraculorum festo, quadriennio post fratri eius Iudee interitum. etenim nemo per illud tempus pontificatum obierat. Magnum etiam exercituū coligit, et multa aīma fabricabat. Quibus rebus auditis, Demetrius indoluit; coepitque suam sibi vitio vertere tarditatem, quod non anticiparit Alexandrum, pleniori obsequio Ionathae benevolentiam demerendo, sed illi sa- tis temporis relinquere ad eam praetipiendam. Verun- tamen et ipse literas scribit ad Ionatham populumque in hanc sententiam. **"REX DEMETRIVS IONATHAE ET IVDAEORVM GENTI S.** Quoniam amicitiam nobiscum initam seruasti, et ad nos inimicos, qui vos tentarunt, non defecisti, hanc vestram fidem laudo, hortorque, vt in iisdem perma- neatis, beneficii gratiam a nobis vicissim consequuturi. Plerosque enim vestrum tributis et pensionibus leuabo, quae et regibus antecessoribus meis et mihi iam ante pendebatis. Et nunc vobis vestigalia remitto, quae sol- vere semper confueisti. Ac praeterea pretiūpi salis vobis condono, et coronarum, quas nobis afferre soliti era- tis; et quod mihi, pro tertiis frugum et dimidiis fructus arborum, iure cedebat, ex hodierno die in posterum vobis remitto. Et quod in singula capita mihi dari oportebat, ab his qui Iudeam incolunt et qui sunt in tribus toparchiis, quae Iudeae adiacent, Samariae et Galilaeae et Peræe, id vobis concedo ab hoc tem-

"ρεῖας, τῦτο παραχωρῶ ὑμῖν ἀπὸ τῆς νῦν εἰς τὸν ἄπαντα  
 "χρόνον. καὶ τὴν Ιεροσολυμιτῶν πόλιν οἱράν καὶ ἀσυλον εἶναι  
 "βιβλομαρ, καὶ ἐλευθέραν ἔως τῶν ὅρων αὐτῆς ἀπὸ τῆς δεκά-  
 "της καὶ τῶν τελῶν. τὴν δὲ ἀκραν ἐπιτρέπω τῷ αὐχιερεῖ ὑμῶν  
 "Ιωνάδῃ, ὃς δὲ ἀντὸς δοκιμάσῃ πιεῖς καὶ Φίλας, τύτας  
 "ἐν αὐτῇ Φρεγεῖς κατασῆσαι, ἵνα Φυλάσσωσιν ἡμῖν αὐτήν.  
 "καὶ Ιεραίων δὲ τὰς αἰχμαλωτισθέντας καὶ διλεύοντας ἐν  
 "τῇ ἡμετέρᾳ, αὐτίημι ἐλευθέρες. κελεύω δὲ μηδὲ ἀγγυαρεύε-  
 "θεῖ τὰ Ιεραίων ὑποδύγια· τὰ δὲ Σάββατα, καὶ ἑορτὴ  
 "ἀπαστα, καὶ τρεῖς αἱ πρὸ τῆς ἑορτῆς ἡμέραι, ἐτῶσαν ἀτελεῖς.  
 "τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰς ἐν τῇ ἐμῇ κατοικοῦντας Ιεραίς  
 "ἐλευθέρες καὶ ἀντηρεάτες αὐτίημι· καὶ τοῖς σρατεύεθαι  
 "μετ' ἐμῷ βιβλομένοις ἐπιτρέπω, καὶ μέχρι τρισμυρίων ἔξεστω  
 "τῦτο· τῶν δὲ αὐτῶν, ὅποι ἀν αὐτώσι, τεύχονται ὥν καὶ τὰ  
 "ἔμὸν σράτευμα μεταλαμβάνει. κατασῆσω δὲ αὐτῶν, ὃς μὲν  
 "εἰς τὰ Φρέγρια, τιὰς δὲ καὶ περὶ τὴν Φυλακὴν τῷμῷ σώμα-  
 "τος, καὶ ἡγεμόνας δὲ ποιήσω τῶν περὶ τὴν ἐμὴν αὐλὴν. ἐπι-  
 "τρέπω δὲ καὶ τοῖς πατέροις χρῆσθαι νόμοις καὶ τύτας Φυ-  
 "λάσσουν, καὶ τοῖς τρισὶ τοῖς προκειμένοις τῇ Ιεραίᾳ νομοῖς  
 "ἐπιτάσσοθαι βιβλομαρ, καὶ τῷ αὐχιερεῖ ἐπιμελὲς εἶναι, ἵνα  
 "μηδὲ εἰς Ιεραῖος ἄλλο ἔχῃ οἱράν προσκυνεῖν, ἢ μόνον τὸ ἐν  
 "Ιεροσολύμοις. δίδωμι δὲ ἐκ τῶν ἐμῶν εἰς τὴν δαπάνην τῶν  
 "Ἔυσιῶν κατ' ἔτος μυριάδας πεντεκαΐδεκα, τὰ δὲ περισ-  
 "σταύοντα τῶν χειριάτων ὑμίστερες εἶναι βιβλομαρ· τὰς δὲ μι-  
 "ρίας δραχμὰς, ἀς ἐλάμβανον ἐκ τῆς ιερᾶς οἱ βασιλεῖς, ὑμῖν  
 "αὐτίημι, διὰ τὸ προσήκειν αὐτὰς τοῖς ιερεῦσι τοῖς λειτύρ-  
 "γῆσι τῷ ιερῷ. καὶ ὅσοι δὲ ἀν Φύγωσιν εἰς τὸ ιερὸν τὸ ἐν Ιε-  
 "ροσολύμοις, καὶ εἰς τὰ ὑπ' αὐτῷ χειριάτεροντα, ἢ βασιλεῖς  
 "καὶ ὄφείλοντες χείρατα, ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν, ἀπολελύθω-  
 "σαν ὅτοι, καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς σῶσαι ἐστι. ἐπιτρέπω δὲ  
 "καὶ ἀνακαγνίζειν τὸ ιερὸν καὶ οἰκοδομεῖν, τῆς εἰς ταῦτα δα-  
 "πάνης ἐκ τῶν ἐμῶν γινομένης, καὶ τὰ τείχη δὲ συγχωρῶ τὰ  
 "τῆς πόλεως οἰκοδομῆθαι, καὶ πύργους ὑψηλὰς ἐγύρειν, καὶ  
 "ταῦτα ἐκ τῶν ἐμῶν ἀνισάντας. εἰ δέ τι καὶ Φρέγριον ἐσιν, δ

"pore in perpetuum. Et urbe in Hierosolymitarum sa-  
 "cram et inviolabilem esse volo, et a decumis vecti-  
 "galibusque iuniorum qua patet eius territorium. Ar-  
 "cem etiam eius permitto pontifici vestro Ionathae, et  
 "quos ipse pro amicis et fidis habuerit praesidio eius  
 "adhibere, ut eam nobis custodiant: ac praeterea Iu-  
 "daeorum eos, qui bello capti in terris nostris ser-  
 "viunt, dimitto liberos. Ad haec iubeo, ut Iudeo-  
 "rum iumenta ad angarias non adigantur: atque Sab-  
 "bata et festa omnia et tres dies festum antecedentes  
 "immunes sint. Similiter et Iudeos in meo regno de-  
 "gentes dimitto liberos nullisque iniuriis affectos: et  
 "qui mecum militare voluerint, eos siq[ue], liceatque  
 "illis in exercitum meum describi ad hominum millia  
 "triginta: idemque stipendium, quod nostri milites  
 "accipiunt, illis, vbiunque ierint, numerabitur. Ex  
 "his autem quosdam in praesidiis collocabo, alios vero  
 "in corporis mei custodes habebo, praefectosque fa-  
 "ciam illorum, qui sunt in regia mea. Permitto etiam  
 "eis patriis legibus viuere, easdemque seruare; volo-  
 "que illos imperare tribus praefectoris Iudeae attribu-  
 "tis, pontificique id curae esse, ut nemo Iudeus  
 "aliud templum habeat, ad Deum venerandum, pra-  
 "ter illud, quod Hierosolymis est. Insuper singulis an-  
 "nis de meo fisco largior centum et quinquaginta mil-  
 "lia drachmarum in sumptum sacrificiorum, et quo-  
 "quid pecuniae superest id vestrum esse volo: illa au-  
 "tem decem millia drachmarum, quae de templo reges  
 "accipiebant, vobis remitto, quod pertineant ad sacer-  
 "dotes rem diuinam in templo procurantes. Quicunque  
 "etiam confugerint in templum Hierosolymitanum et in  
 "eius pomoeria, qui debitores essent pecuniae fiscalis, aut  
 "ex alia re, absoluantur et ipsi, et res eorum ipsis saluae  
 "sunto. Tum autem permitto, ut instauretur templum  
 "et aedificetur, sumptibus ad ista ex fisco meo suppedita-  
 "tis: quinetiam concedo, ut moenia urbis exstruantur,  
 "turreisque altae excitentur, ita ut ista omnia meis im-  
 "pensis erigantur. Denique si quod castellum sit,

"συμφέρει τῇ Ιudeίων χάρα ὥχυρον εἶναι, καὶ τοῦτο ἐκ τῶν  
"ἔμῶν κατασκευαθῆτω".

δ'. Ταῦτα μὲν ὑπιχγύμενος καὶ χαριζόμενος τοῖς Ιudeίοις ἔγραψε Δημήτριος. Αλέξανδρος δὲ ὁ Βασιλεὺς, δύναμιν μεγάλην συναγαγών μιθοφόρων καὶ τῶν προσδεμένων ἐκ τῆς Συρίας αὐτῷ σρατιωτῶν, ἐπὶ τὸν Δημήτριον ἐβράτευσε. καὶ μάχης γενομένης, τὸ μὲν εύώνυμον κέρας τῷ Δημήτρᾳ τρέπεται τὰς ἐναντίας εἰς Φυγὴν, καὶ ἐδίωξεν ἄχρι πολλᾶ, οἴτείνει τε συχνάς αὐτῶν καὶ διαρπάζει τὸ σρατόπεδον· τὸ δὲ δεξιὸν, ὃ συνέβαμεν εἶναι τὸν Δημήτριον, ήτταται. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔΦυγον· Δημήτριος δὲ γενναιώς μαχόμενος ὡς ὀλγυς μὲν ἀναμορφεῖ τῶν πολεμίων, διώκων δὲ τὰς ἄλλας, εἰσελαύνει τὸν ἵππον εἰς τέλμα Βαθὺ καὶ δυσεκπόρευτον, ἔνθα συνέβη, πεσόντος αὐτῷ τῷ ἵππῳ, μὴ δυνάμενον διαΦυγεῖν ἀναμεθῆναι· τὸ γὰρ συμβεβηκός περὶ αὐτὸν ἴδοντες οἱ πολέμιοι ἀνέρεψαν, καὶ κυκλωσάμενοι τὸν Δημήτριον, πάντες ἐπ' αὐτὸν ἤκοντιζον. ὁ δὲ, πεζὸς ὡν, γενναιώς ἀπεμάχετο, καὶ τελευτῶν τραύματα λαβὼν πολλὰ, καὶ μηκέτε ἀντέχειν δυνάμενος, κατέπεσε. καὶ τέλος μὲν τοιχότον Δημήτριον κατέλωθεν, ἔτη βασιλεύσαντα ἔνδεκα, ὡς καὶ ὁ ἄλλοι δεδηλώκειν.

### ΚΕΦ. γ'.

Η Ονίς Φιλία πρὸς τὸν Φιλομήτορα Πτολεμαῖον· καὶ ὡς ὁκοδόμησε ναὸν ἐν Λιγύπτῳ, ὅμοιον τῷ ἐν Ιεροσολύμοις.

**Ο** Δὲ Ονίς τῷ αρχιερέως υἱὸς, ὁμώνυμος δὲ ὡν τῷ πατέρι, ὃς ἐν Λλέξανδρείᾳ Φυγὴν πρὸς τὸν Βασιλέα Πτολεμαῖον τὸν ὀπικαλύμενον Φιλομήτορα διῆγεν, ὡς καὶ πρότερον εἰρήκαμεν, ιδὼν τὴν Ιudeίων κακωμένην ὑπὸ τῶν Μακεδόνων καὶ τῶν Βασιλέων αὐτῶν, θρλόμενος δὲ αὐτῷ μνήμην καὶ δόξαν αἰώνιον κατασκευάσα, διέγυνω πέμψας πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Βασιλέα καὶ τὴν Βασίλισσαν Κλεοπάτραν, αἰτήσασθαι παρ-

"quod Iudeorum regioni expeditat munitum esse, sumti,  
"bus meis opera siant et munitiones.

4. Ista quidem Demetrius, promissa faciens volensque gratificari Iudeis, ad eos scripsit. Alexander autem rex, ingenti exercitu coacto, tam ex mercenariis, quam ex militibus, qui e Syria ad eum accesserant, contra Demetrium profectus est. Cumque pugna committeretur, sinistrum Demetrii cornu eos, qui sibi oppositi erant, in fugam vertit, et diu persequutum est, multosque illorum occidit et castra diripit; dextrum vero, in quo forte erat Demetrius, vincitur. Atque alii quideant omnes in fugam se coniecerunt: at Demetrius, fortiter dimicans, hostium non paucos interfecit, dumque alios subsequitur, equo inuestitus est in coenun profundum et transitu difficile, ubi contigit, ut ille, cum prolapso equo effugere non potuerit, occideretur. nam hostes, viso quod ei acciderat, reuersi sunt; cumque Demetrium circumdedissent, eum iaculis omnes petierunt. at ille, quanquam pedibus esset, fortiter propugnabat, tandemque multis vulneribus confectus, cum diutius resistendo non esset, occubuit. Atque hoc modo vitam finiuit Demetrius, anno regni sui undecimo, sicut et alibi declarauimus.

## CAP. III.

*Anicitia inter Oniam et Ptolemaeum Philometorem: ut,  
que Onias in Aegypto templum exstruxit Hierosolymitanum simile.*

**O**Niae autem pontificis filius, eodemque nomine quo pater appellatus, (qui profugus ad Ptolemaeum regem cognominine Philometorem se contulit et Alexandriae degebat, ut iam ante diximus) cum videret Iudeam vexatam a Macedonibus eorumque regibus, velletque sibi memoriam gloriamque aeternam parare, decreuit, missus ad Ptolemaeum regem et Cleopatram reginam literis,

αὐτῶν ἐξησίαν, ὅπως οἰκοδομήσεις ναὸν ἐν Αἴγυπτῳ, παρα-  
πλήσιον τῷ ἐν Ιεροσολύμοις, καὶ Λευΐτας καὶ ιερῆς ἐκ τῆς  
ἰδίᾳ γένες καταβῆσῃ. τότε δὲ ἐβάλετο Θαρρῶν μάλιστα τῷ  
προφήτῃ Ησαΐᾳ, ὃς, ἔτσιν ἔμπροσθεν ἐξακοσίοις πλέον γε-  
γονὼς, προεπει, ὡς δεῖ πάντως ἐν Αἴγυπτῳ οἰκοδομηθῆναι  
ναὸν τῷ μεγίστῳ Θεῷ, ὑπὸ ἀνδρὸς Ιαδαίου. διὰ ταῦτα οὖν  
ἐπηρεμένος ὁ Ονίας, γράφει Πτολεμαῖῳ καὶ Κλεοπάτρᾳ, τοι-  
αύτην ἐπιτολήν. “ΠΟΛΛΑΣ καὶ μεγάλας ὑμῖν χρείας τε-  
“τελεκώνταις ἐν τοῖς κατὰ πόλεμον ἔργοις μετὰ τῆς τῷ Θεῷ Ζη-  
““Θείας, καὶ γενόμενος ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ καὶ Φοινίκῃ, καὶ  
““εἰς Λεόντων δὲ πόλιν τὴν Ηλιοκολίτην σὺν τοῖς Ιαδαίοις, καὶ  
““εἰς ἄλλας τόπους ἀφικόμενος τῷ Ἐθνεῖ, καὶ πλείστους εὑρῶν  
““παρὰ τὸ καθῆπον ἔχοντας ιερὰ, καὶ διὰ τοῦτο δύσνεις ἀλ-  
““λῆλοις, ὃ καὶ Αἴγυπτίοις συμβέβηκε διὰ τὸ πλῆθος τῶν  
““ιερῶν, καὶ τὸ περὶ τῆς Θεοτοκίας οὐχ ὄμοδοξεῖν, ἐπιτηδεῖο-  
““τατον τόπον εὑρῶν ἐν τῷ προσαγορευομένῳ τῆς αἰγαίας Βγ-  
““βάσεως ὄχυρώματι, θερόντα ποιίλης ὕλης καὶ τῶν ιερῶν  
““ζώων μετὸν, δέοματι συγχωρητῶν μοι, τὸ ἀδέσποτον αἰγαία-  
““θάρσειτι ιερὸν καὶ συμπεπτωκός, οἰκοδομῆσαι ναὸν τῷ με-  
““γίστῳ Θεῷ, καθ' ὄμοιώσιν τῷ ἐν Ιεροσολύμοις, τοῖς αὐτοῖς  
““μέτροις, ὑπέρ τε σῆς καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων, ήν  
““σχωσιν οἱ τὴν Αἴγυπτον κατοικοῦντες Ιαδαῖοι, εἰς αὐτὸ-  
““συνιόντες κατὰ τὴν πρὸς ἄλλήλας ὄμονοιαν, ταῖς σᾶς ἐξυ-  
““πηρετταῖς χρείας. καὶ γὰρ Ησαΐας ὁ προφήτης τότε προε-  
““πει· ἵνα Θυσιαστῆριον ἐν Αἴγυπτῳ, κυρίῳ τῷ Θεῷ. καὶ  
““πολλὰ δὲ προεφήτευσεν ἄλλα τοιαῦτα διὰ τὸν τόπον.

β'. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ονίας τῷ βασιλεῖ Πτολεμαῖῳ γρά-  
φει. καταγοήσεις δὲ ἂν τις αὐτῷ τὴν εὐσέβειαν καὶ Κλεοπά-  
τρας τῆς ἀδελφῆς αὐτῷ καὶ γυναικὸς, ἐξ ἣς ἀντέγραψαν  
ἐπιτολής. τὴν γὰρ ἀμαρτίαν καὶ τὴν τοῦ νόμου παράβασιν  
εἰς τὴν Ονία κεφαλὴν ἀνέθεσαν. ἀντέγραψαν γὰρ ὅτας.  
“ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΚΛΕΟ-  
“ΠΑΤΡΑ ΟΝΙΑΙ ΧΑΙΡΕΙΝ. Ανέγυνωμέν σε τὴν παράκλη-  
“σιν, ἀξιοῦντος ἐπιτρεπῆναι σοι τὸ ἐν Δεοντοπόλεις τῷ Ηλιο-

ab illis petere, ut sibi liceret in Ægypto templum aedificare Hierosolymitano simile, et in eo Leuitas et sacerdotes ex suo genere constitueret. Hoc autem volebat, praesertim quod Esaiæ vati confideret, qui, cum ante sexcentos amplius annos vixerit, praedixit fore omnino, ut in Ægypto conderetur templum Deo maximo ab homine Iudeo. Onias igitur, propter haec cupiditate elatus, Ptolemaeo et Cleopatrae huiusmodi literas scribit. "CVM "MVLTA magna belli munera Dei auxilio in vestram "utilitatem confecissem, atque in Coelen-Syriam Phœnicemque me contulisse, et cum Iudeis in Leontopolim etiam prefecturae Heliopolitanae urbe in aliaque iisius gentis loca peruenisse, et quamplurimos animadvertissem templo contra atque oporteret habentes, et idcirco sibi inuicem infensos, id quod Ægyptiis etiam accidit propter multitudinem templorum et diuersas de religione sententias, inuento loco maxime opportuno in arce, Diana agrestis nomine vocata, varia materia abundante, sacrificisque animalibus pleno, rogo, ut sanum isthic nulli sacratum numini iamque collapsum mihi liqueat repurgare, et in templum Deo maximo exstruere ad similitudinem Hierosolymitani, iisdem plane mensuris, pro te quoque coniuge et liberis, ut Iudei, qui Ægyptum incolunt, illic conuenientes ex mutua interesse concordia, tuis utilitatibus pareant. Nam et Esaias vates hoc praedixit: futurum esse in Ægypto altare domino Deo sacratum. et multa id genus alia propter locum illum vaticinatus est.

2. Et haec quidem Onias Ptolemaeo regi scribit: de ipsis autem, et Cleopatrae eius sororis et coniugis pietate coniecturam licet facere ex ea, qua literis iisius responderunt, epistola fecerunt enim, ut peccatum hoc legisque praevaricatio in caput Oniae reciderent. nam in hunc modum ei rescripsierunt. "PTOLEMAEVS REX ET CLEOPATRA REGINA ONIAE S. Legimus tuam petitionem, qua nos oras, ut tibi permittatur illud apud Leontopolitanam prefecturam Heliopolitanae tem-

"πολίτευσιν συμπεπτωκός ἀνακαθάρσιος, προσαγορευόμενος  
"νοῦ δὲ τῆς ἀγέρας Βιβλάστεως. διὸ καὶ Θαυμάζομεν, εἰ ἔτη  
"τῷ Θεῷ κεχαρισμένον τὸ καθιδρυσόμενον ιερὸν ἐν αὐτελγεῖ  
"τόπῳ καὶ πλήρει ὡών ιερῶν. ἐπεὶ δὲ σὺ Φίλης Ησαΐαν τὸν  
"προφήτην ἐκ πολλῶν χρόνων τῷτο προμηρένα, συγχωρεῖμέν  
"σοι, εἰ μέλλει τῷτο ἔσεσθαι κατὰ τὸν νόμον, ὥστε μηδὲν  
"ἡμᾶς δοκεῖν εἰς τὸν Θεὸν ἐξημαρτηκένα.

γ'. Λαβὼν οὖν τὸν τόπον ὁ Ονίας, κατεσκεύαστεν ιερὸν  
καὶ θωμὸν τῷ Θεῷ, ὅμοιον τῷ ἐν Ιεροσολύμοις, μικρότερον δὲ  
καὶ πενιχρότερον. τὰ δὲ μέτρα αὐτῷ καὶ τὰ σκεύη τοῦ ἐκ  
ἔδοξέ μοι δηλοῦν· ἐν γὰρ τῇ ἑβδόμῃ με βιβλώ τῶν Ιεδαι-  
κῶν πολέμων ἀναγέγειπται. εὗρε δὲ Ονίας καὶ Ιεδαίας τὴν  
νὰς ὄμοιάς αὐτῷ, καὶ ιερεῖς καὶ Λευΐτας, τοὺς ἐκεῖ θρησκεύ-  
οντας. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ ιεροῦ τάττας ἀρκούντως ἡμῖν δεδῆ-  
λωται.

δ'. Τὰς δὲ ἐν Αλεξανδρείᾳ Ιεδαίας καὶ Σαμαρεῖς, οἱ τὸ  
ἐν Γαργείᾳ ὅρει προστιθένοντες ιερὸν οἰκοδομηθὲν κατὰ τὰς Αλε-  
ξανδρειαν χρόνας, συνέβη σαστάσαι πρὸς ἀλλήλας, καὶ περὶ  
τῶν ιερῶν ἐπ' αὐτῷ Πτολεμαῖς διεκρίνοντο· τῶν μὲν Ιεδαίων  
λεγούντων κατὰ τὰς Μαϊστέας νόμας ὀικοδομηθαὶ τὸ ἐν Ιερο-  
σολύμοις, τῶν δὲ Σαμαρείων, τὸ ἐν Γαργείᾳν. παρεκάλεσαν  
τὸν σὺν τοῖς Φίλοις καθίσαντα τὸν Βασιλέα, τὰς περὶ τάττων  
ἀκησταὶ λογίας, καὶ τοὺς ἡττηθέντας Θανάτῳ ἡμιώσαν. τὸν  
μὲν οὖν ὑπὲρ τῶν Σαμαρείων λόγουν Σαββαῖος ἐποίησατο, καὶ  
Θεοδόσιος· τὸν δὲ ὑπὲρ τῶν Ιεροσολυμιτῶν καὶ Ιεδαίων, Αν-  
δρόνικος ὁ Μεσυκλάμης, ὕμοσαν δὲ τὸν Θεὸν καὶ τὸν Βασι-  
λέα, ἢ μὴν ποιήσαθαι τὰς ἀποδείξεις κατὰ τὸν νόμον· πα-  
ρεκάλεσάν τε τὸν Πτολεμαῖον, ὅπως ὃν ἂν λάβῃ παραβαί-  
νοντα τὰς ὅρκας ἀποκτείνῃ. ὃ μὲν οὖν Βασιλεὺς πολλὰς τῶν  
Φίλων εἰς συμβολίαν παρελαβὼν, ἐκάθισεν ἀκρόμενος τῶν  
λεγούντων. οἱ δὲ ἐν τῇ Αλεξανδρείᾳ τυγχάνοντες Ιεδαῖοι σφό-  
δες ἥγωντες περὶ τῶν ἀνδρῶν, οἵ τις ἀγανακτεῖν ὑπὲρ τῆς ἐν Ιε-  
ροσολύμοις ιερᾶς συνέβαψε. χαλεπῶς γὰρ ἔφερον, εἰ τῷτο τι-  
νες καταλύσθησιν, διτος ἀρχῶν καὶ διασημότατον τῶν κατὰ

"plum, quod Bubasis agrestis vocatur, collapsum repur-  
"gare. Vnde fit, vt mirari subeat, an poterit Deo gra-  
"tum esse templum, quod exstructurus es in loco impuro  
"et sacrorum animalium pleno. Quandoquidem vero tu  
"dicas id ipsum ab Esaiā vate iamdudum praedictum esse,  
"potestate tibi facimus, modo res futura sit ex lege, ne  
"nos in Deum deliquisse videamur.

3. Onias igitur, locum naclus, templum et altare  
Deo aedificauit ad instar Hierosolymitani, sed minusculum  
et pauperculum. Mensuram vero eius et vasa mihi  
non visum est in praesentia indicare: nam de illis nonnulla  
memoriae prodidi in libro septimo quem scripsi de Reli-  
lis Iudaicis. Inuenit etiam Onias et Iudeos quosdam sui  
similes, et sacerdotes et Leuitas, qui Dei cultum illic in-  
staurarent. Sed de hoc quidem templo satis nobis di-  
ctum est.

4. Apud Alexandriam autem inter Iudeos et Samari-  
tas, qui templi monte Garizin, sub Alexandro Magno ex-  
structi, religionem introduxerunt, forte exorta est sedi-  
tio: atque istuc res deuenit, vti coram Ptolemaeo de tem-  
plis disceptarent, Iudeis quidem contendentibus iuxta  
Moysis praescripta conditum esse templum Hierosolymita-  
num, Samaritis vero Garizitanum. Regem igitur enixe-  
rogarunt, vt ab eo in amicorum confessu causa haec co-  
gnosceretur, ea conditione, vt qui vicli fuerint morti  
adjudicarentur. Et quidem pro Samaritis orationem ha-  
buit Sabbaeus, vt et Theodosius; pro Hierosolymitanis  
vero et Iudeis Andronicus Messalami filius. Per Deum  
autem iurarunt et Regem, sepe probationes allatu-  
ros e le-  
ge: et a Ptolemaeo precibus contenderunt, vt eum morte  
multaret, quem iureirando non stetisse deprehenderet.  
Proinde Rex, adhibitis non paucis in consilium amicis,  
confedit causam orantes auditurus. Iudei autem Alexan-  
drini magnopere metuebant iis, quibus iura templi Hiero-  
solymitani tueri contigit: aegre enim ferebant, si quis tem-  
pli adeo antiqui, et toto terrarum orbe celeberrimi, auctori-

τὴν οἰκισμένην υπάρχον. τῇ δὲ Σαββαῖς καὶ Θεοδοσίᾳ συγχωρησάντων τῷ Αὐδρούνιῳ πρώτῳ ποιήσαθαι τὰς λόγυς, ἦρξατο τῶν ἀποδεξεων ἐκ τῆς νόμου καὶ τῶν διαδοχῶν τῶν αἱχιερέων, ὡς ἔκατος παρὰ πατρὸς τὴν τιμὴν ἐκδεξάμενος ἦρξε τὴν ναῦ, καὶ ὅτι πάντες οἱ τῆς Αστίας βασιλεῖς τὸ ιερὸν εἵτημησαν ἀναθῆμασι καὶ λαμπροτάταις διωρεῖς· τῇ δὲ ἐν Γαριζείν, ὡς ὀδὲ ὄντος, φόδεις λόγουν ὃδ' ἐπιτροφὴν ἐποιήσατο. ταῦτα λέγων Αὐδρόνικος καὶ πολλὰ τέτοις ὅμοια, πειθεὶς τὸν βασιλέα κρῖναι μὲν κατὰ τὰς Μωϋσέως νόμους οἰκοδομηθῆναι τὸ ἐν Ιεροσολύμοις ιερὸν, ἀποκτεῖναι δὲ Σαββαῖον καὶ Θεοδόσιον. καὶ τὰ μὲν γενόμενα τοῖς ἐν Αλεξανδρείᾳ Ιεδαιοῖς κατὰ Πτολεμαῖον τὸν Φιλομήτορα, ταῦτα ἦν.

## ΚΕΦ. δ'.

Ως Αλέξανδρος σφόδρα εἵτημησεν Ιωνάθην· καὶ ὡς Δημήτριος ὁ Δημητρίου παῖς, κρατήσας Αλεξάνδρον, Φιλίαν πρὸς Ιωνάθην ἐποιήσατο.

**Δ**Ημητρίεις δ' ἀποθανόντος ἐν τῇ μάχῃ, καθὼς ἐπάνω δεδηλώκαμεν, Αλέξανδρος, τὴν τῆς Συρίας παραλαβὼν βασιλείαν, γράφει τῷ Φιλομήτορι Πτολεμαίῳ μνησεύσαμενος αὐτῷ πρὸς γάμον τὴν Θυγατέρα· δίκαιον εἶναι λέγων τῷ τὴν πατρῷαν αἱχνὴν κομισαμένῳ, καὶ διὰ τὴν τῷ Θεῷ πρόνοιαν εἰς αὐτὴν προσαχθέντι, καὶ κρατήσαντι Δημητρίου, καὶ μηδὲ τἄλλα ἐσομένω τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος ἀναξίῳ, συνάψαν συγγένειαν. Πτολεμαῖος δὲ προσδεξάμενος ἥδεως τὴν μνησίαν, ἀντιγράφει, χαίρειν τε λέγων ἐπὶ τῷ τὴν αἱχνὴν αὐτῷ πατερῷαν ὅσαν ἀπειληφέναι, καὶ τὴν Θυγατέρα δώσειν ὑπιχνῖται, ἀπαντᾶν δὲ αὐτῷ εἰς Πτολεμαΐδα τὴν Θυγατέρα μέλλοντι ἄγειν ἐκέλευσεν· αὐτὸν γὰρ αὐτὴν μέχει ταύτης παραπέμψειν ἀπ' Λιγύπτῳ, κἀκεῖ συνοικίσειν αὐτῷ τὴν πᾶδα. καὶ Πτολεμαῖος μὲν ταῦτα γράψας παραγίνεται μετὰ σπεδῆς εἰς Πτολεμαΐδα, Κλεοπάτραν ἄγων τὴν Θυγατέραν. εὑρὼν δὲ ἐκεῖ τὸν Αλέξανδρον, καθὼς ἐπέσειλε,

tatem labefactatum iret. Atqui cum Sabbaeus et Theodosius concessissent Andronico, vti prior verba faceret, is a lege exorsus est rem demonstratain dare, et a successione pontificum, vti quisque post patrem dignitatem adeptus templo praefuissest, quodque omnes Asiae reges maiestatem eius donariis muneribusque splendidissimis auxissent, Garizitani vero, ac si ne quidem existisset, neminem habuisse rationem illudue respexisse. Dum haec diceret Andronicus et his multa similia, Regi persuasit, vti decerneret, templum Hierosolymitanum de sententia Moysie extstructum esse, Sabbaeum vero et Theodosium morti addicendos. Atque ista quidem sunt, quae Iudeis Alexandrinis acciderunt sub Ptolemaeo Philometore.

## CAP. IV.

*Quomodo Alexander Ionathain summo in honore habuit:  
utque Demetrius Demetrii filius, Alexandro deuicto,  
cum Ionatha amicitiam inuit.*

CVM autem Demetrius vitam in pugna amisisset, sicut superius indicauimus, Alexander, occupato Syriae regno, scribit Ptolemaeo Philometori, filiam eius nuptum sibi dari deposcens; aequum esse dicens, vt ipsum affinitate dignetur; cum paternum imperium recuperasset, Deique prouidentia eo prouectus fuisset, et Demetrium superasset, atque caetera futurus esset eius cognatione non indignus. Ptolemaeus vero, cum libenter eius postulatis annuisset, rescripsit, dicens, se gaudere, quod paternum regnum adeptus esset, promisitque filiam ei daturum esse; iussitque, vt ad Ptolemaidem sibi obviam veniret, illuc filiam adducturo: ipsum enim eam ab Aegypto huc usque comitaturum esse, ibique puellam ei nuptum collocaturum. Et quidem Ptolemaeus, his scriptis, omni festinatione Ptolemaidem peruenit cum Cleopatra filia sua. Cumque Alexandrum, sicuti per epistolam imperauerat, illic iam obuiam ipsi profectum inuenis-

προσακηντηκότα, δίδωσιν αὐτῷ τὴν πάνδα, καὶ Φερνή, ἀξγυερόν τε καὶ χειστὸν, ὅσον εἰκὸς ἦν δύναμις βασιλέα.

β'. Τῶν δὲ γάμων ἐπιτελεμένων, Αλέξανδρος Ιωνάθη τῷ ἀρχιερεῖ γράψας, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἡκεν σίς Πτολεμαΐδα. παραγενόμενος δὲ πρὸς τὰς βασιλεῖς, καὶ δωρησάμενος αὐτὰς λαμπρῶς, τῆς παρεμφοτέρων ἀπῆλαυτε τιμῆς. Αλέξανδρος δὲ αὐτὸν ἱνάγκασεν, ἀποδυσάμενον τὴν οἰκείαν ἐδῆτα, λαβεῖν πορφύραν· καὶ συγκαθεδῆναι ποιῆσας αὐτὸν ἐπὶ τὰ βήματας, προσέταξε τὰς ἡγεμόνας εἰς μέσην μετ' αὐτῆς προβλαθόντας τὴν πόλιν κηρύξαμι, μηδενὶ λέγεν κατ' αὐτῇ ἐφειδαί, μηδὲ παρέχειν αὐτῷ πράγματα. τότε δὲ ποιησάντων τῶν ἡγεμόνων, ὄρωντες τὴν παρὰ τὰ βασιλεῖς ικηηγυμένην Ιωνάθη τιμὴν οἱ κατηγορεῖν παρεσκενεασμένοι, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς ἔχοντες, ἀπέδρασαν, μὴ καὶ προσλάβωσί τι κακὸν, δεδιότες. τοσαύτῃ δὲ σπουδῇ πρὸς Ιωνάθην ὁ βασιλεὺς Αλέξανδρος ἔχειστο, ὥστε αὐτὸν καὶ πρῶτον ἀναγράψα τῶν φίλων.

γ'. Ετει δὲ πέμπτῳ καὶ ἔξηκοσῷ πρὸς τοῖς ἐκατὸν Δημήτριος ὁ Δημητρία μετὰ πολλῶν μισθοφόρων, ἃς παρέζην αὐτῷ Λαοδένης ὁ Κεῆς, ἄρας ἀπὸ Κεήτης, κατέπλευσεν εἰς Κιλικίαν. τότε δὲ Αλέξανδρον ἀκρισαντα εἰς ἀγωνίαν καὶ παραχὴν ἐνέβαλε· καὶ παραχρῆμα ἐκ τῆς Φοινίκης εἰς Αντιόχειαν ἐσκευεῖν, ἵνα τὰ ἐκεῖ, πρὶν ἡ Δημήτριον ἐλθεῖν, αἰσφαλῶς θῆται. κατέλιπτε δὲ τῆς Κοίλης Συρίας Απολλώνιον τὸν Δάον ἡγεμόνα. ὃς, μετὰ πολλῆς δυνάμεως εἰς Ιάμνειαν ἐλθὼν, ἐπειρψε πρὸς Ιωνάθην τὸν ἀρχιερέα, λέγων, “ἄδικον εἶναι μόνον αὐτὸν ἐπ' ἀδείας ζῆν καὶ μετ' ὀξοῖς, “δὲ ύποτασσόμενον τῷ βασιλεῖ· τότε δ' αὐτῷ παρὰ πάντας ὅνειδος Φέρειν, ὅτι μὴ ύποτάξειν αὐτὸν τῷ βασιλεῖ. “μὴ τοίνυν σαυτὸν ἐν τοῖς ὄρεσι καθήμενος ἐξαπάτα, νομίζειν· “ζων ἰχύν ἔχειν· ἀλλ' εἰ Θαρρεῖς τῇ σαυτῷ δωάμει, καταβαθμεῖς εἰς τὸ πεδίον τῇ ἡμετέρᾳ σεαυτῇ συγκριθῆτι, καὶ τὸ τέλος τῆς νίκης ἐπιδείξει τὸν ἀνδρικώτατον. ἴδι μέντοι γε “τὰς ἀρίστας ἐξ ἐκάστης πόλεως ἐμοὶ συγρατεύεσθαι. καὶ γὰρ

fet, pueram ei in matrimonium dat, tantumque auri et argenti in dotem, quantum regem decebat.

2. Nuptiis autem peractis, Alexander, literis ad Ionatham pontificem datis, iussit ei, ut Ptolemaïdem veniret. Qui cum ad Reges venisset, eosque splendidissimis munieribus donasset, honorem ab utroque consequutus est. Alexander eum, veste sua exutum, coegerit purpura indui: cumque eum secum in solio sedere fecisset, ducibus suis imperauit, ut cum eo in medium urbem progressi edicerent, nemini licere eum criminis insimulare, eiue villa de re negotium facessere. Quod cum duces fecissent, ubi illi, qui ad accusationem instituendam parati animoque in eum maleuolo erant, viderunt honorem ei ex edicto habitum, omnes diffugerunt, ventiti, ne quid mali paterentur. Propensaque adeo in Ionatham voluntate erat rex Alexander, ut ipsum etiam plenum amicorum suorum scripserit.

3. Anno autem centesimo sexagesimo quinto, Demetrius, Demetrii filius, cum multis mercenariis militibus, quos Laethenes Cretensis ei tradiderat, ex Creta in Ciliaciam traiecit. Quae res audita Alexandro magnum dolorum et perturbationem iniecit: moxque Phoenice Antiochiam ire contendit, ut res illic, ante Demetrii aduentum, in tuto locaret. Apollonium autem Daum reliquit Coeles-Syriae praefectum. qui, magno cum exercitu Ianniam profectus, ad Ionatham pontificem misit, dicens, "rem indignam esse, ut is solus securus ageret sive ad arbitrium, Regi non subiectus: idque ipsi ab omnibus opprobrio verti, quod illum Regi non subiecserit. Ne igitur, inquit, in montibus desidens te ipsum decipias, vana opinione tui roboris: sed si quid viribus tuis confidis, descende in planum, ut cum nostris militibus fiat contentio; et palam erit, fortissimum esse, qui victoriam consequetur. Veruntamen scito, quod e singulis viribus fortissimi quique mecum militant, nam et illi sane ipsi sunt, qui tuos

"δὴ τὰς σὺς προγόνους οἱ αἱ νικῶντες εἰσιν ἡτοι. ποιήσῃ δὲ "τὸν πρὸς ἡμᾶς αὐγῶνα ἐν τοιαύτῃ γῇ, ἐν ἣ λαθοῖς ἦν ἥσις, "αλλ' ὅπλοις ἀμύνεθα, όδε τόπος, εἰς ὃν ἡ ττώμενος Θεύξη.

δ'. Παροξυνθεὶς δὲ ἐπὶ τάποις ὁ Ιωνάθης, μυρίς ἐπὶ λεξάμενος σρατιώτας, ὀρμητεν ἐξ Ιεροσολύμων, μετὰ καὶ Σίμωνος τάδελφος· καὶ γενόμενος ἐν Ιόππῃ, σρατοπεδεύεται τῆς πόλεως ἔξω, τῶν Ιεστπηνῶν ἀποκλεισάντων αὐτῷ τὰς πύλας. Φρεγάν γαρ ἐνδον εἶχεν ὑπὸ Απολλωνίας κατασταθεῖσαν. τῇ δὲ Ιωνάθῳ πρὸς πολιορκίαν αὐτῶν παρασκευαζομένῳ, Φοβηθέντες, μὴ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐξέλῃ κατὰ πράτος, ανοίγοντιν αὐτῷ τὰς πύλας. ὁ δὲ Απολλώνιος, ἀκόστας τὴν Ιόππην ὑπὸ Ιωνάθῳ κατειλημμένην, τριχιλίς ἵππεις παραλαβὼν καὶ πεζὸς ὄκτακις πλίκης, εἰς Αζωτον ἤλθε, κακεῖθεν ἄρας, ἡρέμα καὶ Βάδην ἐποιεῖτο τὴν πορείαν· ἀνελθὼν δὲ σὺς τὴν Ιόππην, ὡς ἀναχωρῶν, ἔλκει τὸν Ιωνάθην εἰς τὸ πεδίον, τῇ ἵππῳ μέγα Θεονῶν, καὶ τὰς τῆς νίκης ἐλπίδας ἔχων ἐν αὐτῇ. προελθὼν δὲ ὁ Ιωνάθης, ἐδίκακεν εἰς Αζωτον τὸν Απολλώνιον. ὁ δὲ, ὡς ἐν τῷ πεδίῳ συνέβη γενέθα τὸν πολέμιον, ὑποσρέψας εἰς μάχην αὐτῷ συνέβαλε. τῇ δὲ Απολλωνίᾳ χιλίς ἵππεις καθίσαντος εἰς ἐνέδραν ἐν τινὶ χειμάρρῳ, ὡς ἀν κατόπιν ἐπιφανεῖν τοῖς πολεμίοις, αἰδόμενος ὁ Ιωνάθης ἐκ κατεπλάγη· τάξας δὲ τὴν σρατιὰν ἐν πλινθίῳ, κατ' ἀμφότερα τὰς πολεμίας ἀμύνεθα παρεκελεύσατο, καὶ κατὰ πρόσωπον καὶ κατ' ὅπιστεν ἐπελευσομένοις ἐναντίον ἀντιτάξας. τῆς δὲ μάχης ἔως ἐπέρεσας προβαμέστης, δῆς Σίμωνι τάδελφῷ μέρος τῆς δυνάμεως, τῶτον μὲν ἐκέλευσε συμβαλεῖν τῇ Φάλαγγι τῶν ἐχθρῶν· αὐτὸς δὲ τὰς σὺν αὐτῷ προσέταξε, Φρεαξαμένος τοῖς ὅπλοις, ἀποδέχεθα τὰ βέλη τὰ παρὰ τῶν ἵππεων. καὶ οἱ μὲν ἐποίησαν τὸ κελευθέν· οἱ δὲ τῶν πολεμίων ἵππεις, ἐπ' αὐτὸς ἀφέντες τὰ βέλη μέχρι καὶ ἐξεκενώθησαν, ύδεν αὐτὸς ἐβλαπτον. καὶ γὰρ διῆκνετο τῶν σωμάτων τὰ βαλλόμενα, συμπεΦρεαγμένας δὲ ταῖς ἀσπίσι καὶ συνηνωμένας ὑπὸ πυκνότητος ἐπαφίεμενα, ραδίως ἐκρατεῖτο, καὶ ἀπράκτως ἐφέρετο. ὡς δὲ παρείθησαν ἀπὸ πρωὶ μέχρι δεί-

"maiores semper vicerunt. Quin et praelio nobiscum  
"domicabis in eiusmodi terra, ubi armis, non saxis, pu-  
"gaandum est, neque locus victo ad perfugium erit.

4. His verbis commotus animo Ionathas, delectis  
hominum milibus decem, Hierosolymis egressus est,  
excito in auxilium Simone fratre suo: cumque Ioppen  
venisset, extra urbem castra metatur, quod portas ipsi  
clauserant Ioppenses. nam intus illis praesidium erat ab  
Apollonio constitutum. Ionatha autem ad obsidionem  
semet parante, veriti oppidani, ne urbe vi expugnaret,  
portas ei aperiunt. Caeterum Apollonius, ubi accepit  
Ioppen a Ionatha occupatam, cum tribus equitum et  
octo peditum milibus Azotum venit; et inde profe-  
ctus, quiete lentoque gradu iter faciebat. cumque ad-  
scensum Ioppen versus fecisset, recessu simulato, Iona-  
tham in planitiem trahit, fidens equitatui, spemque vi-  
ctoriae in eo collocans. Ionathas autem progressus,  
Apollonium ad Azotum usque persequitur. Ille vero,  
ubi factum est, ut hostis in campum processerit, con-  
versus pugnam cum eo commisit: cumque mille equites  
in insidiis ad torrentem quendam posuisset Apollonius,  
qui a tergo fese hostibus in conspectum darent, Iona-  
thas, re intellecta, nequaquam animo consternatus est:  
sed, exercitu in quadrum ordinato, hortatus est suos,  
ut utrinque hostem propulsarent, acie ex aduerso ita in-  
structa, ut tam a tergo, quam a fronte, adorituri resisten-  
tent. Cumque praelium vesperam usque protraheretur,  
data parte exercitus Simoni fratri, iussit hunc cum ho-  
stium phalange congregari; ille vero suo agmini impera-  
vit, ut obiectis scutis se inuniendo tela hostium exciper-  
rent. Atque illi quidem quod praeceptum erat exse-  
quuti sunt: hostium vero equites, iaculati in eos tela,  
usque dum exhaustur, nihil eos laeserunt. nam mis-  
ilia in corpora non perudebant, sed in clypeos pro-  
iecta, in unum coactos interque se densissime iunctos,  
facile superata erant et in irritum cadebant. Cum vero  
hostes a manu ad vesperam in eos iaculando tandem lan-

λης ὄψίας ἀκοντίζοντες εἰς αὐτὸς οἱ πολέμιοι, νοῆσας Σίμων τεκμηρότας αὐτὸς, συμβάλλει τῇ Φάλαγγι· καὶ προθυμία  
χρησταμένων πολλὴ τῶν σρατιωτῶν αὐτῷ, τρέπει τὰς ἔχθρας  
εἰς Φυγήν. Θεασάμενοι δὲ τὰς πεζὰς Φεύγοντας οἱ ἵππεῖς,  
Ἄδ' αὐτοὶ μέντοι, ἀλλὰ πάρετοι μὲν ὅντες αὐτοὶ διὰ τὸ μέ-  
χει δείλης μάχεθαι, τῆς δὲ παρὰ τῶν πεζῶν ἐλπίδος αὐ-  
τοῖς ἀπολωλίας, ἀκόσμως καὶ συγκεχυμένως ἔφευγον, ὡς  
διαχιθέντας αὐτὸς διὰ παντὸς διασκορπιωθῆναν τὴν πεδίον.  
διώκων δὲ αὐτὸς Ιωνάθης μάχει τῆς Αζώτω, καὶ πολλὰς  
ἀναμένην, ἀπογυνόντας τῆς σωτηρίας ἡνάγκασεν ἐπὶ τὸν τὴν Δα-  
γῶνος ναὸν καταφυγεῖν, ὃς ἦν ἐν Αζώτῳ. λαβὼν δὲ ἐξ ἐπι-  
δρομῆς Ιωνάθης τὸν πόλιν, αὐτὴν τε ἐνέπεστε, καὶ τὰς πεζὰς  
αὐτὴν κάρμασ. ἀπέρχετο δὲ γάδε τὴν Δαγῶνος ἴερον, ἀλλὰ καὶ  
τῦτο ἐνέπεστε, καὶ τὰς εἰς αὐτὸν συμφυγόντας διέφθειρε. τὸ  
δὲ πᾶν πλῆθος τῶν ἐν τῇ μάχῃ πεσόντων καὶ καταφλεγέν-  
των ἐν τῷ ἴερῷ τῶν πολεμίων, ἥσαν ὄκτακιχίλιοι. κρατήσας  
δούν τοσαύτης δυνάμεως, ἄρας ἀπὸ τῆς Αζώτου εἰς Ασκάλωνα  
παραγίνεται· καὶ κατατραποπεδεύσαντος ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως  
αὐτῷ, προῆλθον εἰς ἀπάντησιν αὐτῷ οἱ Ασκαλωνῖται, ξένια  
προσφέροντες αὐτῷ καὶ τιμῶντες. ὁ δὲ, ἀποδεξάμενος αὐτὸς  
τῆς προσμερέστεως, ἀνέρεψεν ἐκεῖθεν εἰς Ιεροσόλυμα, πολλὴν  
ἐπαγόμενος λείαν, ἣν ἔλασεν ἐκεῖθεν νικήσας τὰς πολεμίας.  
Αλέξανδρος δὲ, ἀπόστας ἡττημένον τὸν αὐτὸν σρατηγὸν Απολ-  
λώνιον, προστεποιεῖτο χαλέπιν, ὅτι παρὰ τὴν αὐτὸν γνώμην  
συνέβαλεν Ιωνάθη, Φίλωντι καὶ συμμάχῳ· καὶ πέμπει  
πρὸς Ιωνάθην, μαρτυρῶν αὐτῷ καὶ γέρα καὶ τιμᾶς διδόνει,  
πόρετην χρευστέαν, ὡς ἔθος ἐστὶ δίδοσθαι τοῖς τῶν βασιλέων  
συγγενέσι, καὶ Αικάρωνα καὶ τὴν τοπαχίαν αὐτῆς εἰς κλη-  
ρεχίαν ἐπιτρέπει.

ε'. Τπὸ δὲ τῶτον τὸν καρέὸν καὶ ὁ βασιλεὺς Πτολεμαῖος,  
ὁ Φιλομῆτωρ ἐπικληθεὶς, ναυτικὴν ἄγων δύναμιν καὶ πεζὴν,  
εἰς Συρίαν ἤκει, συμμαχήσων Αλεξανδρῷ. γαμβρὸς γάρ ἦν  
αὐτῷ. καὶ πᾶσαν προθυμίαν αἱ πόλεις αὐτὸν, Αλεξανδρῷ κε-  
λεύσαντος, ἐκδεχόμενα παρέπεμπον ἕως Αζώτου πόλεως,

guescerent, vbi illos defatigatos esse animaduertit Simon, phalangem aggreditur; cumque alacriter admodum ab eius militibus pugnatum esset, inimicos in fugam coniicit. Tum et equites ipsi, simul ac conspexerunt pedites terga vertentes, non amplius restiterunt, sed, quod defessi essent usque ad vesperam pugnando, spesque omnis, quam in peditatu collocauerant, illis periisset, turpiter confuseque fugiebant, ut dissipati lateque per planitiem dispersti vagarentur. Ionathas autem viatos Azotum usque persequens, multisque caesis, reliquos despetata salute coegerit fuga petere templum Dagonis, quod Azoti erat. At Ionathas cum urbem primo impetu ceperisset, et ipsam et finitimos vicos incendit. Ac ne Dagonis quidecum templo manus abstinuit; sed et illud igni cremauit, et quotquot eo persugerant exitio dedit. fuitque omnis hostium numerus, qui vel praecilio cecidere, vel flammis in templo interiere, ad hominum octo milia. Tanto itaque exercitu profligato, Azoto profectus Ascalonem venit: et cum extra urbem eastram posuisset, ei Ascalonitae obuiam prodierunt, munera ei hospitalia et honores deferentes. Ille vero, collaudata eorum voluntate, inde digressus Hierosolyma magna cum praeda rediit, quam illinc abegit superatis hostibus. Alexander autem, audito, quod victus esset dux eius Apollonius, laetitiam simulabat, quod ille praeter animi sui sententiam adortus esset Ionatham, sibi amicitia et societate iunctum: et Ionathae in huius rei testimonium pariter ac in praemium honoremque monile mittit aureum, quale solet regum dari consanguineis; tum et Accaronem eiusque toparchiam haereditatis iure possidendam ei concedit.

5. Sub id tempus etiam rex Ptolemaeus, cognomine Philometor, cum naualibus et pedestribus copiis in Syriam venit, opem latusse Alexandro. nam is gener illius erat. omnesque ciuitates alacriter cum excipientes, quod ita ab Alexandre imperatum erat, ad urbem Azotum

Ἐνθα πάντες κατεβόγν αὐτῷ πεζὶ τῷ ἐμπεπησμένῳ ιερῷ αὐτῶν Δαγῶνος, κατηγόρευν τε Ιωνάθα τῷτο, ἀφανίσαντος, καὶ τὴν χώραν πυροπολήσαντος, καὶ πολλὰς αὐτῶν ἀποκτείναντος. καὶ Πτολεμαῖος μὲν ταῦτα ἀκόσας ἡσύχασεν· Ιωνάθης δὲ, εἰς Ιόπην ἀπαντήσας Πτολεμαῖο, ξενίων τε λαμπρῶν παρ' αὐτῷ τυγχάνει καὶ τιμῆς ἀπάσης· ἔπειτα προπέμψας αὐτὸν ἥντις τῷ Ελευθέρᾳ καλεμένῳ ποταμῷ, πάλιν ὑπέστρεψεν εἰς Ιερουσόλυμα.

5'. Γενόμενος δὲ ἐν Πτολεμαιδὶ παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν, μικρῷ διεφθάρη Πτολεμαῖος, ἐπιβιβλευθεὶς ὑπὲρ Λαεξάνδρου δι' Αμμανίας, ὃς ἐτύγχανεν αὐτῷ Φίλος ὁν. Φανερᾶς δὲ τῆς ἐπιβιβλῆς γενομένης, Πτολεμαῖος γράφει τῷ Αλεξάνδρῳ, πρὸς κόλασιν ἐξαγτῶν τὸν Αμμάνιον, ἐπιβιβλευθῆναι λέγων πρὸς αὐτῷ, καὶ δίκην διὰ τοῦτον αἴξιῶν ὑποδέκειν. ὡς ἐκδιδόντος δὲ τῷ Αλεξάνδρῳ, συνεὶς ἐκεῖνον εἶναι τὸν ἐπιβιβλεύσαντα, χαλεπῶς πρὸς αὐτὸν διετέθη. τοῖς δὲ Αντιοχεῖσι καὶ πρότερον ἦν προστικρηνὼς Λαέξανδρος διὰ τὸν Αμμάνιον. πολλὰ γὰρ ὑπὲρ αὐτῷ πεπόνθεσαν κακά. τυμωρίαν μέντοι τῶν τετολμημένων Αμμάνιος ὑπέρχει, κατασφαγεῖς αἰχρῶς ὡς γυνῆ, κρύπτειν ἔστι τὸν σπεδάστας σολῇ γυναικείᾳ, καθὼς ἐν ἄλλοις δεδηλώκαμεν.

6'. Πτολεμαῖος δὲ, μεριψάμενος αὐτὸν τῷ τε συνοικέσαι τὴν Θυγατέρα Αλεξάνδρῳ, τῆς τε συμμαχίας τῆς κατὰ Δημήτριον, διαλύεται τὴν πρὸς αὐτὸν συγγένειαν. ἀποσπάσας γὰρ τὴν Θυγατέρα, πέμπει πρὸς Δημήτριον εὑθὺς περὶ συμμαχίας καὶ Φιλίας, συντιθέμενος τὴν Θυγατέρα δώσειν αὐτῷ εἰς γυναικα, καὶ κατατήσειν αὐτὸν εἰς τὴν πατρῷαν αἴχνην. ὁ δὲ Δημήτριος ἡθεὶς τοῖς πεπεστβευμένοις, δέχεται τε τὴν συμμαχίαν καὶ τὸν γάμον. ἐν δέ τι Πτολεμαῖοι λοιπὸν ἀγόνισμα ὑπελείπετο, πεῖσμα τὰς Αντιοχεῖς δέξαθαι Δημήτριον, ἀπεκθῶς πρὸς αὐτὸν διακειμένης ὑπὲρ ὃν ὁ πατὴρ αὐτῷ Δημήτριος εἰς αὐτὸς παρηνόμησε. κατεπεράξατο δὲ καὶ τότο. μισουντες γὰρ τὸν Λαέξανδρον οἱ Αντιοχεῖς διὰ τὸν Αμμάνιον, ὡς δεδηλώκαμεν, ῥᾳδίως αὐτὸν ἐκ τῆς Αντιοχείας

deducebant, vbi omnium clamoribus obtunditur de cre-  
mato templo Dagonis, Ionathamque accusabant, qui il-  
lud funditus deleuerat, et regionem igni vastauerat, mul-  
tosque illorum ferro peremerat. Et quidem Ptolemaeus,  
istis auditis, interea tacebat: Ionathas vero, Ptolemaeo  
ad Ioppen obuiam factus, et splendidis muneribus ab eo  
sugetur, omnique honore afficitur: deinde Regem co-  
mitatus usque ad fluuium, qui vocatur Eleutherus, Hiero-  
solyma reuertit.

6. Cum autem Ptolemaïda praeter omne exspecta-  
tionem peruenisset, parum absuit, quin Ptolemaeus peri-  
ret, ab Alexandro insidiis petitus per Ammonium, qui  
ipsi amicus erat. Quibus detectis, Ptolemaeus literas mit-  
tit ad Alexandrum, ut Ammonium ad supplicium deposce-  
ret, dicens insidias ipsi ab eo intentatas esse; ideoque se  
postulare, ut meritas ille poenas lueret. Cum vero  
Alexander eum dedere recusaret, coniectura inde facta  
illum ipsum esse insidiarum auctorem, vehementer ei  
iratus est. Antiochenos autem iam ante sibi infensos ha-  
buerat Alexander propter Ammonium. nam plurimis ab  
eo malis affecti fuerant. Attamen poenas facinoribus de-  
bitas pertulit Ammonius, turpiter, ut mulier, caesus, cum  
id egisset, ut muliebri amictu sese occultaret, sicut alibi  
diximus.

7. At Ptolemaeus, de se questus, quod et filiam suam  
Alexandro locauerat, et aduersus Demetrium societatem  
inierat, affinitatem cum Alexandro dirimit. Filia enim  
sua ei ablata, confestim ad Demetrium mittit legatos de  
societate et amicitia, pollicitus se filiam ei in vxorem da-  
turum esse, ipsumque in regnum paternum restituturum.  
Demetrius, laetus iis, quae obtulerant legati, et societa-  
tem et nuptias amplectitur. vnum tanen Ptolemaeo super-  
erat certamen, ut Antiochenibus persuaderet Demetrium  
accipere, alienatos ab eo propter iniurias, quas pater eius  
Demetrius iis intulerat. Verum et hoc ipsum perfecit. nam  
Antiochenes Alexandrum perosi propter Ammonium, vti  
iam diximus, facile eo perducti sunt, ut illum Antiochia

έξεβαλον. καὶ ὁ μὲν ἐκπεσὼν τῆς Αντιοχείας, ἤκεν εἰς Κιλικίαν. ἐλθὼν δὲ πρὸς τὰς Αντιοχεῖς Πτολεμαῖος, Βασιλεὺς ὑπ' αὐτῶν καὶ τῶν σρατευμάτων ἀναδείκνυται, καὶ ἀναγκαθεῖς δύο περιθέτεαι διαδήματα, ἐν μὲν τῷ τῆς Ασίας, ἔτε-  
ρον δὲ τῷ τῆς Αιγύπτου. χρηστὸς δὲ ὢν Φύστις καὶ δίκαιος, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ὡς ἐφίέμενος, πρὸς δὲ τάποις καὶ τὰ μέλλον-  
τα λογίσαθαι συνετός, Φείσαθαι τῷ μὴ δόξῃ εἶναι τοῖς Ρω-  
μαίοις ἐπίΦθονος ἔκρινε· καὶ συναγαγὼν τὰς Αντιοχεῖς εἰς  
ἐκκλησίαν, πείθει δέξαθαι τὸν Δημήτριον αὐτὸς, λέγων,  
“ώς γένενὸς μνησικακῆσεν αὐτοῖς περὶ τῷ πατρῷς αὐτὸς εὐ-  
“ρεγετηθεῖς· διδάσκαλόν τε ἀγαθὸν αὐτὸν καὶ ἡγεμόνα·  
“ἔστεθαι διωμολογήσατο, καὶ Φαύλοις ἐγχειροῦντα πράγ-  
“ματιν ὡς ἐπιτρέψειν υπέχετο. αὐτῷ δὲ ἐΦασκεν αἱρεῖν  
“τὴν τῆς Αιγύπτου Βασιλείαν.” ταῦτ' εἰπὼν πείθει τὰς Αν-  
τιοχεῖς δέξαθαι τὸν Δημήτριον.

ἥ. Τῷ δὲ Αλεξάνδρῳ σὺν σρατεύματι πολλῷ καὶ μεγά-  
λῃ παρασκευῇ ὄρμήσαντος ἐκ τῆς Κιλικίας εἰς Συρίαν, καὶ τὴν  
Αντιοχείαν γῆν ἐμπρῆσαντος καὶ διαρράσαντος, Πτολεμαῖος  
ἐπ' αὐτὸν ἐξεράτευσε μετὰ τῷ γαμβρῷ Δημητρίῳ· ἥδη  
τωνίω, ταχὺ μὲν αὐτὸν ἀνεκτήσατο τοῖς δώροις, ἢ Φέρεων ἦκει  
ἐκ τῶν Ιεροσολύμων· ταχὺ δὲ ταῖς ὁμιλίαις παρεστήσατο μὴ  
χαλεπῶς ἔχειν εἰς αὐτὸν, οἵ τε τῆς Κλεοπάτρας λόγοι πρὸς  
τὴν ἐξ ἐκείνων Θεραπείαν ἦττον ἐδυνήθησαν. ὃ γὰρ ἤφη  
καλῶς ἔχειν Αιτωνίος βασιλέα περὶ τῶν κατὰ τὴν ἀρχὴν  
γεγενημένων εὐθύνας ἀπαγτεῖν, ἣτως γὰρ ἂν δὲ βασιλεὺς  
εἴη· δόντας δὲ τὴν τιμὴν, καὶ τῆς ἐξυπίας καταξιώσαντας,  
ἐᾶν αὐτῇ χρησθαμένους. τὸ δὲ αὐτὸν καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ μὴ πολυ-  
πραγμονεῦθαι περὶ τὰς ἀρχὰς ἔλεγε συμΦέρειν. ὑπὲρ τάτων  
ἔγειρε Ηρώδης, καὶ τὰς ἄλλας διεζήσει τιμὰς, ἀς ἔχοι παρ᾽  
Αιτωνίω, συνθωκῶν ἐν ταῖς διαγνώσεσιν, καὶ συνεστιώμενος  
ἴφεινάτης ἡμέρας, καὶ τάτων ὅμως τυγχάνοντος χαλεπῆς εἰς  
τὰς διαβολὰς αὐτῷ τῆς Κλεοπάτρας ἔστη. ἦ, πόθῳ τῆς  
χώρας ἐξαπτυμένη τὴν Βασιλείαν αὐτῇ προσγειεῖθαι, πάντα  
τρόπον ἐσπεδάκει ἐκποδῶν ποιεῖθαι. δικαίη μὲν τοι τυγ-  
χάνων Αιτωνίω, μηδὲν ἔτι προσδοκῶν δυσχερεῖς, ἀλλὰ καὶ  
Θᾶσσον ἔξειν, Βεβαιοτέραν τὴν εὔνοιαν τὴν παρ᾽ αὐτῷ προσ-  
αληφὼς τῇ Βασιλείᾳ καὶ τοῖς πράγμασιν, καὶ τῇ Κλεοπά-  
τρᾳ μηδέτε προσεῖναν τὴν ἐλπίδα τῆς πλεονεξίας, δότος  
Αιτωνίας ἀνθ' ὃν ἡξία τὴν Κοίλην Συρίαν, καὶ διὰ τάτου παρ-  
ηγορήσαντος ὅμοι καὶ ἀποσκευασταμένων τὰς ἐντεύξεις, ἀς  
ὑπὲρ τῆς Ικδαίας ἐποιεῖτο.

ἢ. Τάτων τῶν γράμμάτων ἀπενεχθέντων, ἐπαύσαντο  
μὲν ἐκείνης τῆς ὁρμῆς, ἦν ᾧς ἀπολωλότος εἶχον καταφυγεῖ  
ἐπὶ τῆς Ρωμαίας. ὃ μὴν ἔλαθεν αὐτῶν ἡ προσαιρεσία. ἀλλ'

enim primum, dicebat, si quis in aula tumultus oriretur: ipsos tutius acturos in Romanorum benevolentia: deinde sibi spem factam esse omnia se consequuturam, si Mariannem vidisset Antonius, per eumque principatum recuperaturos, et nulla re carituros, quae in nobilitate regia educatis digna foret.

8. Cum autem hac de re sermonem instituissent, veniunt ab Herode de toto negotio literae, priori etiam rumori plane contrariae. Ut enim venit ad Antonium, eum statim donis (quae Hierosolymis apportauerat) sibi conciliavit: ac statim, vt cum eo colloquutus est, effecit, vt ei ne succenseret quidem aut irasceretur; atque Cleopatrae verba parum valebant aduersus ea, quibus benevolentiam eius demicerabatur. Negabat enim Antonius decere a rege rationem eorum reposci, quae gessisset in imperio, ita enim ne regem quidem eum fore; atque par esse, vt qui honorem ei dederint et potestate tribuerint, ea quam liberime vti sinant. Ideam etiam Cleopatrae nequaquam conuenire dicebat in factis principum esse curiosam. Hisce de rebus scripsit Herodes, necnon alios honores ei ab Antonio habitos memorauit, vt pro tribunali illi assideret, et quotidie conuiuiis eius interesset, atque ista ab eo assequetur, infensa licet atque ipsum inculante Cleopatra; quae, regionis cupiditate petens atque contendens, vt sibi regnum obueniret, modis omnibus studuerat, vt eum e medio tolleret. Verum sibi aequum habenti Antonium nihil gravius iam exspectandum esse, sed breui venturum, firmitiore illius erga regnum resque suas fretum benevolentia, et Cleopatrae nullam amplius plus habendi spem reliquam esse; cum Antonius, vice eorum, quae postulauerat, Coelen-Syriam ei dederit; atque adeo simul iratam lenierit feceritque, vt a petitione regni Iudeaeae desisteret.

9. His literis allatis, ardor ille ad Romanos se recipiendi, tanquam mortuus esset Herodes, statim restinctus est. neque tamen non rescitum est illorum consilium.

ἐπεὶ παραπέμψας ὁ βασιλεὺς Αντώνιον ἐπὶ Πάρθης εἰς τὴν Ιαδαίαν ὑπέτρεψεν, εὐθὺν μὲν ἡ τε ἀδελφὴ Σαλώμη καὶ ἡ μήτηρ αὐτῷ τὴν διάνοιαν, ἷν ἔχον οἱ περὶ τὴν Αλεξάνδρεαν, ἀπεσήμηναν· ἡ δὲ Σαλώμη καὶ κατ' ἀνδρὸς Ιωσήπου λόγον εἶπεν, ἐν διαβολῇ ποιῆσα, καὶ τῇ Μαριάμμη συγγενόμενῃ διατελεῖν. ἔλεγε δὲ ταῦτα χαλεπῶς ἔχοσα πρὸς αὐτὴν ἐκ πλείους, διτὶ κατὰ τὰς διαφορὰς Φρονήματι χρωμένη μείζουν, τὴν ἐκείνων ἐξωνείδιζε δυσγένειαν. Ηρώδης δὲ θερμῶς αὖτε καὶ λίαν ἐρωτικῶς πρὸς τὴν Μαριάμμην ἔχων, εὐθὺν μὲν ἐξετετάρακτο, καὶ τὴν ζηλοτυπίαν ὧν ἔφερεν· ἐπικρατέμενος δὲ, τῷ μὴ προπετῶς τὶ ποιῆσαι διὰ τὸν ἔρωτα, συντόνω τῷ πάθει καὶ τῷ ζῆλῳ παρωξυμμένος, ιδίᾳ τὴν Μαριάμμην αἰνέμενον ὑπὲρ τῶν πρὸς τὸν Ιώσηπον. ἀπομνυμένης δὲ ἐκείνης, καὶ πάνθ' ὅσα μηδὲν ἀμαρτύσῃ προστὴν εἰς ἀπολογίαν καταλογιζομένης, ἀνεπείθετο κατὰ μηρὸν ὁ βασιλεὺς, καὶ μετέβαλεν ἐκ τῆς ὁργῆς ἥττώμενος τῆς περὶ τὴν γυναικα Φιλοσογγίας, ὡς ἀπολογεῖσθαι πρὶν ὃν ἔδοξεν ἀκόστας πεπι-  
σθειναι, καὶ περὶ τῆς κοσμιότητος αὐτῆς πολλὴν ὡμολόγη  
χάριν, αὐτός τε τὸ πάσι ἔχοι σοργῆς καὶ εὐνοίας πρὸς αὐτὴν  
ἀνωμολόγει· καὶ τέλος, ὡς ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς Φιλεῖ, πρέπει πιπτον  
εἰς δάκρυα μετὰ πολλῆς σπαχδῆς ἐμπεφυκότες ἀλλήλοις.  
αὖτε δὲ καὶ μᾶλλον τῷ βασιλέως πιεγμένη, καὶ ἐπὶ τὴν αὐτὴν  
διάθεσιν ἔλκοντος· ὃ Φιλεύτος, εἴπεν ἡ Μαριάμμη, τὸ κατὰ  
τὴν ἐντολὴν, εἰ πάρχοι τι χαλεπὸν ὑπὸ Αντώνιο, καὶ μὲν συνα-  
πολέθαι τὴν ὄδενὸς αἵτίαν. τάχα προσπεσόντος τῷ λόγῳ,  
περιπαθήσας ὁ βασιλεὺς, εὐθὺν μὲν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτὴν  
ἀφῆκεν, ἐβόα δὲ, καὶ τῶν αὐτῶν τριχῶν αὐτὸς ἐδράττετο, περι-  
Φανὲς Φώριον ἔχειν τῆς τῷ Ιωσήπου πρὸς αὐτὴν κοινωνίας λέ-  
γων. ὃ γὰρ ἂν ἐξεπειν ἀ κατ' ίδίαν ἤκαστεν, μὴ μεγάλης  
αὐτοῖς πίεσις ἐγγεγενημένης. Ὅτως δὲ ἔχων, ὀλίγη μὲν  
ἀπέκτειν τὴν γυναικα. νικώμενος δὲ τῷ πρὸς αὐτὴν ἔρω-  
τι, ταύτην μὲν τὴν ὁρμὴν ἐμράτησεν, ἐαυτῷ διακαρτε-  
ρήσας ὁδυνηῶς καὶ δυσχερῶς· τὸν μέν τοι Ιώσηπον ὃδ'  
εἰς ὄψιν ἐλθόντα διαχείσαθαι προσέταξεν· καὶ τὴν Α-  
λεξάνδρεαν, ὡς ἀπάντων παραπτίαν, δῆσας ἐφύλαττεν.

Nam postquam rex, deducto Antonio in Parthos proficidente, in Iudeam rediit, eius soror Salome et mater ei protinus Alexandrae institutum declararunt: et insuper Salome contra maritum suum Iosephum criminationem protulit, quod frequenter cum Mariamne consuetudinem habuerit. Ista autem hac de causa dicebat, quod ei iampridem infensa erat, propterea quod inter earum contentiones, illa, plus iusto fastidiosa, eis ignobilitatem exprobrabat. Herodes vero, qui in Mariamnem semper ardore flagrabat amatorio, statim turbatus est, et obrectationis impatiens erat: verum semet cohibens, ne quid propter amorem tenere committeret, vehementi affectu et aemulatione incitatus, Mariamnem seorsum interrogavit de congregibus cum Iosepho. Sed ea iurante, et omnia, quae insolubibus inesse solent, ad sui purgationem allegante, regi paulatim persuadebatur, et ira sedabatur, vincente eum coniugis amore eosque, ut sese excusaret, quod iis, quae audierat, credidisse videtur, eiusque modestiae magnas gratias ageret, et singularem suum erga ipsum amorem et benevolentiam fateatur: denique, ut plerumque fit in amoribus, in lacrymas et mutuos complexus magno affectu euaserunt. Cum autem rex id ageret, ut magis magisque ei fidem faceret, eamque ad ipsum redamandum pertraheret: sane non est amantis, inquit Mariamne, in mandatis dare, ut, si quid ipsi grauius accideret ab Antonio, ego una peream nihil commerita. Hoc elapso verbo, rex percusus eam statim de manibus dimittebat, et vociferabatur, atque ipse sibi capillos vellebat: manifestum se dicens indicium habere Iosephi cum ea consuetudinis. nunquam enim enunciaturum fuisse quae seorsum audiisset, nisi magna illis apud se inuicem fides fuisset. Sic affectus parum absuit, quin vxorem occideret. Illius autem amore victus, postquam se dolenter et aegre continuaret, hunc impetum reprimebat: veruntamen Iosephum, ne in conspectum quidem suum admissum, necari iussit; et Alexandram, tanquam omnium causam, in custodiam dedit.

## ΚΕΦ. δ.

Ως Κλεοπάτρα, τῆς Ιωδαίας καὶ τῆς Λιβανίας μέρη τινὰ  
παρ' Αυτῶνίδια λαβώσα, εἰς Ιωδαίαν ἀφικνεῖτο· καὶ ὡς  
Ηρώδης, αὐτὴν πολλοῖς δωρύμενος, ἐπ' Αἰγύπτῳ προ-  
πέμπει.

**Ε**Ν δὲ τότῳ καὶ τὰ περὶ τὴν Συρίαν ταξαχάς εἶχε, όπι  
ἀνείσθης τῆς Κλεοπάτρας τὸν Αυτώνιον μὴ πᾶσιν ἐπιχειρεῖν.  
Ἐπειθεὶς γὰρ ἀφαιρεούμενον ἐκάστων τὰς δυναστίας αὐτῇ διδό-  
ναι, καὶ πλεῖστον ἴχυσεν ἐκ τῆς ἐκείνης πρὸς αὐτὴν ἐπιθυ-  
μίας. Φύσει δὲ πλεονεξίᾳ χαίρουσα, παρανομίας οὐδὲν ἔλ-  
πε, τὸν μὲν ἀδελφὸν, ὃ τὴν βασιλείαν ἥδει γεννομένην,  
προσανελῶσα Φαρισαῖος, πεντεκαίδεκατον ἔτος ἔχοντα· τὴν  
δ' ἀδελφὸν Αρσινόην ἰκετεύγσαν ἐν Εφέσῳ πρὸς τὸ τῆς Αρ-  
τέμιδος ἀποκτεῖνασσα δὶ Αυτῶνίδι. χεῦμάτων μὲν γὰρ ἔν-  
κυν, εἴπῃ μόνον ἐλπιδεῖη, καὶ ναοὶ καὶ τάφοι παρενομήθη-  
σαν, οὐθὲν ἵεροῦ τινος οὔτως αἰσύλῳ δόξαντος, ὡς μὴ παρα-  
ρεθῆναι τὸν ἐν αὐτῷ κόσμον, οὔτε Βεβήλου, μὴ πᾶν ὅτιον  
τῶν ἀπηγορευμένων παθόντος, εἰ μέλλοι μόνον πρὸς εὐπο-  
ρίαν τῇ τῆς αἰδικούσης πλεονεξίᾳ. τὸ δ' ὄλον οὐδὲν αὐταρ-  
κεῖς ἦν γυναικὶ πολυτελεῖ καὶ δουλευούσῃ ταῖς ἐπιθυμίαις,  
μὴ καὶ τὰ πάντα πρὸς τὴν ἐπίνοιαν ἐνδεῖν ὡν ἐσπουδάκιν.  
διὰ ταῦτα καὶ τὸν Αυτώνιον ἥπετγεν αἱ τὰ τῶν ἄλλων  
ἀφαιρεούμενον αὐτῇ χαρέθειται· καὶ διαβᾶσσα σὺν ἐκείνῃ  
τὴν Συρίαν ἐπενός κτῆμα ποιήσαθαι. Δυσανίαν μὲν οὖν  
τὸν Πτολεμαῖον Πάρθες αἰτιασαμένη τοῖς πράγμασιν ἐτά-  
γειν, αἰποτίννυσιν· ἥτει δὲ παρ' Αυτῶνίδι τὴν τε Ιουδαίαν  
καὶ τὴν τῶν Αράβων, ἀξιοῦσα τοὺς βασιλεύοντας αὐτὸν  
ἀφελέθαι. τῷ δ' Αυτώνιῳ τὸ μὲν ὄλον ἥτταθαι συνέβαστε  
τῆς γυναικὸς, ὡς μὴ μόνον ἐκ τῆς ὄμιλίας, ἀλλὰ καὶ Φαρ-  
ισαῖοις δοκεῖν ὑπακόειν εἰς ὅ, τι ἀν ἐκείνη θέλει. τὸ μέντοι  
περιφανὲς τῆς αἰδικίας ἐξεδυσώπει, μὴ μέχρι τοσύτῳ κατί-  
κεν γενόμενον ἐπὶ μεγίτοις ἀμαρτάνειν. ἦν οὖν μήτ' ἀρνηθῆ-  
παντάπασι, μήδ' ὅτα προσέταττεν ἐκείνη διαπραξάμενος

## CAP. IV.

*Quomodo Cleopatra, cum partem Iudeae et Arabiae ab Antonio impetrasset, in Iudeam venit: utque Herodes, ipsam large muneras, ad Aegyptum dederit.*

Intraea autem turbatum est in Syria, Cleopatra non desidente Antonium incitare, ut vicinos omnes bello adoriretur. illi enim persuadebat, ut auferens cuique suam dynastiam ipsi eam donaret: multumque apud eum gratia valuit, quod is amore illius vehementer ardebat. cumque natura esset alieni appetens, nihil vtcunque iniustum intentatum reliquit, ut quae fratrem quindecim annos natum, quem sibi in regnum successorum norit, veneno pridem sustulerat; et sororem Arsinoën, Ephesi in templo Dianaë supplicem, ope Antonii interfecerat. Nam pecuniarum quidem gratia, sicubi vel minima eius spes affulgeret, et templa et sepultra violata erant: nec quis locus sacer adeo a violentia tutus existimat, quem non suis ornamentiis spoliauit, nec profanus, qui non passus est quocunque fieri nefas esset, si vel tantillum faceret conferretque ad iniustam alieni cupidinem. ad suministrum nihil satis erat mulieri sumtuosae atque cupiditatibus seruienti, quo minus omnia ei deesse viderentur, quorum studio teneretur. Quamobrem et Antonium continuo illa solicitabat, ut aliis ablata ipsi largiretur; atque inter obcundum cum eo Syriam, eam in possessionem suam redigere cogitabat. Et Lysaniam quidem Ptolemaei filium, ipsum criminata Parthos ad res turbandas adducere, interficit: flagitabatque ab Antonio Iudeam et Arabiam, ipsum orans, ut a regibus, qui eas tenerent, auferret. Confiebat autem, ut Antonius omnino victus mulieri cederet, adeo ut non solum quod cum ea confuesceret, sed fascinatione quadam impelli videretur ad obtemperandum ei, quoisque ipsa voluerit. veruntamen manifestae iniuriae verecundia ipsum inhibuit, ne in omnibus voluntati eius obsequendo in maximis offendere. Ne itaque postulanti prorius recusaret, neque quaecun-

ἐκ Φανερῶν δόξη κακὸς, μέση τῆς χώρας ἐκατέρω παρελόμβ. νος, τάποις αὐτὴν ἐδωρήσατο. διδώσι δὲ καὶ τὰς ἐντὸς Ελευθέρων ποταμῶν πόλεις ἄχεις Αἰγύπτων, χωρὶς Τύρου καὶ Σιδῶνος, ἐκ προγόνων εἰδὼς ἐλευθέρας, πολλὰ λιπαράς της αὐτῇ δοθῆναι.

β'. Τάπων ἡ Κλεοπάτρα τυχόσα, καὶ παραπέμψασα μέχρις Εὐφράτεω τὸν Αντώνιον, ἐπ' Αρμενίαν σρατευόμενον, ἀνέρεψε, καὶ γίνεται μὲν ἐν Απαμείᾳ καὶ Δαμασκῷ, παρῆλθε δὲ καὶ εἰς τὴν Ιεδαίαν. Ηρώδης συντυχόντος αὐτῇ, καὶ τῆς τε Αραβίας τὰ δοθέντα καὶ τὰς περὶ τὴν Ιερουσαλήμ προσόδης Ηρώδης μιθωσαμένη. Φέρει δὲ ἡ χώρα τὸ Βαλσαμον, ὃ τιμιώτατον τῶν ἐνεῖ, καὶ παρὰ μόνεις Φύσται, τὸν τε Φοίνικα πολὺν καὶ ιπλόν. ἐν τάποις δόσα, καὶ πλείονος αὐτῆς συνηθείας περὶ τὸν Ηρώδην γινομένης, διεπείραξεν εἰς συνουσίαν ἐλθεῖν τῷ Βασιλέᾳ. Φύσει μὲν ἀπαραμάλυπτως ταῖς ἐντεῦθεν ἥδουσις χρωμένη, τάχα δέ τι καὶ παθόσα πρὸς αὐτὸν ἔρωτικὸν, ἢ καὶ τὸ πιθανώτερον ἐνέδρας αἴχην τὴν ἐπ' αὐτὸν γενησομένην ὕθειν ὑποκατασκεύαζεσσα. τὸ δὲ σύμπαν ἐξ ἐπιθυμίας ἡττᾶθαι διέΦανεν. Ηρώδης δὲ καὶ πάλαι μὲν ὡς εἴνας ἦν τῇ Κλεοπάτρᾳ, χαλεπὴν εἰς ἀπαντας ἐπιτάμενος, τότε δὲ καὶ μισεῖν αἴξιων, εἰ δι' ἀσέλγειαν εἰς τόπο πρόσιτο, καὶ Φθῆναι τιμωρούμενος, εἰ συνεδρεύστα τοιούτοις ἐγχειρῷ, τοὺς μὲν λόγους αὐτῆς διεκρούσατο, βουλὴν δὲ ἐποιήσατο σὺν τοῖς Φίλοις, ὑποχειρίον ἔχων ἀποκτεῖναι. πολλῶν γὰρ ἀπαλλάξειν κακῶν ἀπαντας οἷς ἐγένετο τε ἥδη χαλεπὴ καὶ προσεδοκᾶτο· τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ Αντώνιῳ λυσιτελῆσεν, οὐδὲ ἐκείνῳ πιστὸς ἐσομένης, εἰ τις αὐτὸν καρέος ἢ χρεία κατάχῃ, τοιούτων δεσμῶν. ταῦτα βουλόμενον ἐκάλυπτον οἱ Φίλοι, πρῶτον μὴ διδάσκοντες, ὡς ὡκεῖον μείζω πράγματα κίνδυνον Φανερώτατον ἀναλαμβάνειν, ἐγκέιμενοι δὲ καὶ δεόμενοι μηδὲν ἐκ προπετείας ἐπιτηδεύειν. οὐ γὰρ ἀναχθεῖται τὸν Αντώνιον, οὐ δὲ εἰ σφόδρα τὶς αὐτῷ τὸ συμφέρον σήσει πρὸ τῶν ὄμμάτων· τὸν τε γὰρ ἔρωτα μᾶλλον ὑπεκκαύσει, τὸ δοκεῖν βίᾳ

que ipsa imperaret faciendo palam iniquus videretur, abs-tulit ab utroque eorum regionis partem, eamque Cleopatrae tribuit: eique etiam urbes dedit, quae sunt intra Eleu-therum flumen usque in Aegyptum, exceptis Tyro et Sidone, quod eas antiquitus liberas esse sciret, licet illa, ut sibi darentur, multum flagitante.

2. Cleopatra, his impetratis, et Antonio, qui in Ar-meniam expeditionem faciebat, usque ad Euphratrem de-ducto, reuersa est, et Apamiam Damascumque venit, et in Iudaeam processit; Herode ipsam conueniente, atque Arabise partem ei datam redimente, necnon prouentum agri Hierichuntis. regio enim illa balsamum fert, rem eius loci pretiosissimam, et nusquam alibi prouenientem; itemque palmas multas, easque pulchras. Ibi dum illa moratur, et cum Herode magnum commercium habet, tentabat cum rege rem habere, vtens, ut natura eius ferebat, inuercunde voluptatibus, quae illic essent, et forsan etiam illius amore capta, aut, quod verisimilius, clam id agens, ut ex stupro, quod ab illo passura esset, insidia-rum occasionem nanciseretur. Summa autem, amore irretitam esse prae se ferebat. At Herodes, qui iam pri-den parum beneuolo erat in Cleopatram animo, intelli-gens in omnes molestam esse, insuper et tunc, si ex effre-nata libidine eo deuenerit, dignam iudicans quam odio haberet, et anteuerteret ab ipsa poenas sumiendo, si ex insidiis ad huiusmodi aliquid aggredieretur, eius sermonem a se repulit, et cum amicis consultauit, vtrum eam, cum posset occidere, deberet. malis enim multis omnes se libe-raturum esse, quibus et iam molesta fuit ac porro futura sit, magnoque Antonii etiam coimmodo hoc ipsum factu-rum, quandoquidem nec ei se fidelem praefitura esset, si unquam opportunum et utile ei foret, ut ita se gereret. Cui haec vellet, ab incepto eum prohibuerunt amici, pri-mum quidem suggerendo, ei haud conuenire, dum in rebus maioribus occuparetur, manifestum adire discrimen; deinde urgendo et obsecrando, ne quid temere ageret. non enim hoc laturum Antonium, licet ipsi perspicuum foret. magno id ei esse emolumento: immo et amorem ipsi

καὶ κατ' ἐπιβολὴν αὐτὸν αὐτῆς σέρεθαι, μέτριον τε ὄδεν εἰς τὴν ἀπολογίαν Φείνεθαι, τῷ μὲν ἐπιχειρήματος εἰς γυναικαὶ γεγενημένης, μέγιστον ἀξίωμα τῶν κατ' ἐκεῖνον ἐχηκυῖαν τὸν χρόνον, τῆς δὲ ὀφελείας, εἰ καὶ ταύτην τὶς οἰθεῖη, σὺν αὐθαδείᾳ καὶ καταγγωσεὶ τῆς ἐκείνης διαθέσεως Φανομένης. ἐξ ὧν ὡκὲ ἀδηλον, ὡς μεγάλων καὶ ἀπαύσων κακῶν ἀναπληθήσεται τὰ περὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ καὶ τὸ γένος, ἐξὸν, ἀποκρυπτάμενου τὴν ἀμαρτίαν, εἰς ἣν ἐκείνη παρακαλεῖ, θέσθαι τὸν καρὸν σύρημόνως. τοιαῦτα δεδιττόμενοι καὶ τὸ κινδύνωδες ἐξ εἰκότων παραδηλοῦντες, ἐπέχον αὐτὸν τῆς ἐπεγχειρήσεως. ὁ δὲ τὴν Κλεοπάτραν δωρεαῖς Θεραπεύσας ἐπ' Αἰγύπτῳ πρᾶπεμψεν.

γ'. Αντώνιος δὲ, τὴν Αρμενίαν καταλαβὼν, Αρταβάζην τὸν Τιγρέαν, σὺν τοῖς παισὶ καὶ σατράπαις, δέσμιον εἰς Αἴγυπτον ἀποπέμπει, δωρόμενος τέτοις τὴν Κλεοπάτραν, καὶ τῷ παντὶ κόσμῳ τῆς Βασιλείας, ὃν ἐξ αὐτῆς ἔλαβεν. Αρμενίας δὲ ἐβασίλευσεν Αρταξίας ὁ πρεσβύτατος τῶν ἐκείνη παιδῶν, διαδεῖς ἐν τῷ τότε. καὶ τοῦτον Αρχέλαος καὶ Νέρων Καῖσαρ ἐκβαλόντες, Τιγρέανην τὸν νεώτερὸν ἀδελφὸν ἐπὶ τὴν Βασιλείαν κατήγαγον. ταῦτα μὲν οὖν ἐν ὑπέρῳ.

δ'. Περὶ δὲ τῆς Φόρες, ὃς ἔδει τελεῖν, τῆς ύπ' Αντωνίῳ δοθείσης χώρας, ὁ μὲν Ηρώδης δίκαιος ἦν, ὡκὲ ἀσθαλεὶς πρόμενος διδόναται τῇ Κλεοπάτρᾳ μίσγεις αἰτίαν. ὁ δὲ Αραβός, Ηρώδης τὴν Φαραὼν ἐπιδεξαμένης, χρόνον μέν τινα παρεῖχεν ἐκείνῳ τὰ δικαιόσια τάλαντα· μετὰ ταῦτα δὲ κακοήθης ἦν καὶ βρεδὺς εἰς τὰς ἀποδόσεις, καὶ μόλις εἰ καὶ μέρη τινὰ διαλύσειν, ὥδε ταῦτα διδόναται δακῶν ἀρημίως.

### ΚΕΦ. ε'.

Ως Ηρώδης ὀχώρεε κατὰ τῷ Αραβός, καὶ συμβαλὼν πολλάκις τελευταῖον νικᾷ, καὶ προσατεῖν τῷ ἔθνεις ύπὸ τῶν Αραβῶν ἡρέθη. Περὶ τε σεισμῶν μεγάλων.

**Η**Ράδης δὲ, τῶτον τὸν τρόπον ἀγνωμονοῦντος καὶ τελευταῖον ὄδεν ἔτι τῶν δικαίων ποιεῖν ἐθέλοντος, εἶχε μὲν ὡς ἐπ-

magis accendet, quod vi et ex insidiis ea orbari existimat-  
retur, nec aliquid adesse, quod in commodam excusatio-  
nem afferri posset, cum et mulierem abortus fuerit digni-  
tate omnium illius aeu*m* eminentissimam, et utilitas, si qua  
esse putaretur, cum audacia et amoris illius reprehensione  
coniuncta videatur. Ex quibus manifestum, regnum  
ipsius et domum malis impletum iri magnis et non desitu-  
ris: cum nihil vetet, quin amoliendo peccatum, ad quod  
ipsa eum alliciat, opportunitate commode et decenter vta-  
tur. Illa ad eum absterrendum dicentes, et periculum ex  
verisimilibus repraesentantes, illius impetum conatusque  
cohiberunt. Adeoque ille, cu*m* Cleopatram muneribus  
demulsiisset, ad Agyptum eam deduxit.

3. Antonius autem, Armenia subiugata, Artabazem  
Tigranis filium, cu*m* filius eius et satrapis, vincitum in  
Agyptum mittit; eosque dono dedit Cleopatrae, et regni  
etiam ornamenta omnia, quae ex eo ceperat. Arméniae  
vero regno potitus est Artaxias filiorum illius natu maxi-  
mus, qui tunc suga dilapsus est. Quem cum Archelaus et  
Nero Caesar eiecssent, Tigranem iuniorem ipsius fratrem in  
regnum reducebant. Et haec quidem postea contigerunt.

4. Quod autem ad vestigalia attinebat, Cleopatrae ob-  
datam ei ab Antonio regionem pendenda, ea rite solue-  
bat Herodes; parum tutum existinans, Cleopatrae cau-  
sam odii dare. At Arabs, cum Herodes pecuniam ab  
ipso exigendam recepisset, quippe qui pro eo spopondi-  
set, aliquamdiu ducenta illa talenta ei soluit; sed postea  
prauus tardusque ad pensiones factus est: quod si quam  
partem aegre soluebat, ne id quidem sine fraudatione fa-  
ciebat.

## CAP. V.

*Quomodo Herodes bellum Arabi inferebat, et multis pree-  
liis factis tandem victoriam reportat, atque in gentis  
dominum ab Arabibus acceptus est. Deque magno  
terrae motu.*

H<sub>e</sub>rodes autem, cu*m* Arabs improbe et inique ageret,  
tandemque officio aliquo fungi nollet iusto et debito, in

λινσόμενος, προθεσμίᾳ δὲ ἐχεήσατο Ρωμαιῶν πολέμων. τῆς γὰρ ἐπ' Ακτίῳ μάχης προσδοκαμένης, ἦν ἐπὶ τῆς ἐβδόμης καὶ ὄγδοης καὶ ἑκατοστῆς Ολυμπιάδος γενέθλαι συνέβη, Καῖσαρ μὲν Αντωνίῳ περὶ τῶν ὅλων ἔμελλεν ἀγωνίειδα πραγμάτων· Ηρώδης δὲ καὶ τῆς χώρας εὐβότες μενύστης αὐτῷ πολὺν ἥδη χρόνον, καὶ προσόδων καὶ δυνάμεων εὐρημένων, Αντωνίῳ συμμαχίαν κατέλεξεν, ἐπιμελεστάταις ταῖς παρασκευαῖς χρησάμενος. Αντώνιος δὲ, τῆς μὲν ἐκείνης συμμαχίας ἀδὲν ἕφη δεῖθαι, τὸν δὲ Αραβία, καὶ γὰρ ἡκηρόν παρά τε αὐτὴν καὶ τῆς Κλεοπάτρας τὴν ἀπισίαν, ἐπεζελθεῖ προσέταττε. ἥξεν γὰρ ἡ Κλεοπάτρα ταῦτα, λυσιτελεῖν αὐτῇ τὸν ἔτερον ὑπὸ θατέρου κακῶς πάχειν ἤγγειν. τέτων αὐτῷ παρά Αντωνίῳ λεχθέντων, ὑποσχέψας Ηρώδης συνεῖχε τὸ σρατιωτικὸν, ὃς εὐθὺς εἰς τὴν Αραβίαν ἐμβαλὼν. καὶ παρασκευασθέντος ἵππικῆς καὶ πεζῆς δυνάμεως, εἰς Διόσπολιν ἀφικεῖται, τῶν Αράβων ἐκεῖ συναντώντων· ό γὰρ ἐλελήθει τὰ περὶ τὸν πόλεμον αὐτές· καὶ μάχης καρτερᾶς γενομένης, ἐκράτησαν οἱ Ιεδαῖοι. μετὰ δὲ ταῦτα πολλὴ σρατιὰ τῶν Αράβων εἰς Κανὰ συνήσει, χωρία δὲ ἔησι ταῦτα τῆς Κοΐλης Συρίας. Ηρώδης δὲ προπεπυτμένος, ἥκεν ἄγων ἐπ' αὐτές τὸ πλεῖστον ἦς εἶχεν δυνάμεως· καὶ πλησιάσας ἐν Κανὰ σρατοπεδεύσθαται διεγυνώκει, χάρακά τε βαλλόμενος ἐξ εὐκαίρευ ταῖς μάχαις ἐπιχειρεῖν. ταῦτα δὲ αὐτὴν ἐπιτάττοντος, ἐβία τὸ πλῆθος τῶν Ιεδαίων, παρεβλόμενον τῆς τειβῆς, ἄγειν ἐπὶ τὰς Αραβίας. ἀργμητο δὲ καὶ τῷ συντετάχθατι πιτεύειν καλῶς, καὶ ταῖς προθυμίαις ἀμεινον ἔχόντων ὅσοι τὴν πρώτην μάχην νενικήσεσσαν, ό δὲ σὶς χεῖρας ἐλθεῖν ἐπιτρέψειν τοῖς πολεμίοις. Θορυβόντων δὲν καὶ πᾶσαν ἐπιδεικνυμένων σπαθὴν, ἔγινο τῇ προθυμίᾳ τῷ πλήθες ὁ βασιλεὺς ἀποχεήσασθαι· καὶ προεπών, ὃς ό λελείψεται τῆς ἐκείνων ἀρετῆς, πρώτος ἐν τοῖς ὅπλοις ἤγκειος, πάντων κατ' οἰκεῖα τέλη συνακολυθησάντων. ἐκπληξεὶς δὲ εὐθὺς ἐμπίπτει τοῖς Αραψίων. αντιτάντες γὰρ εἰς ὅληγον, ὃς ἔώρων ἀμάχης ὄντας, καὶ μετά τοὺς Φρονήματος, Ἀφρούγον οἱ πλείστοι ἐκκλίναντες· καὶ διεθάρησαν, σὶ μὴ Αθηνία-

eo erat, ut armis illum persequeretur, sed rem distulit  
ob bellum inter Romanos ortuim. Cum enim exspecta-  
retur pugna Actiaca, quae in centesimam et octogesi-  
mam septuaginam Olympiadem incidit, Caesar quidem  
cum Antonio de summa rerum decertatus erat: He-  
rodes vero (qui regionem probe cultam iamdiu teneret,  
et magnos reditus atque opes quaesiuisset) delectum ha-  
buit, apparatu accuratissimo, ut Antonio ferret auxi-  
lium. Verum Antonius eius se subsidio egere negavit;  
eique mandauit, ut Arabem (cuius perfidiam tum ab ipso  
Herode, tum a Cleopatra, audiuisset) bello adoriretur.  
Hoc enim volebat Cleopatra, ut quae existimaret e re  
sua esse, ut alter alterum laederent. Cum haec ei re-  
lata fuissent ab Antonio, reuersus Herodes exercitum  
retinuit, ut qui mox inuasurus esset Arabiam. Cumque  
equestres pedestresque copias parasset, ad Diospolium per-  
venit, eo Arabibus illi obuiam venientibus: (non enim  
eos latuit haec expeditio) magnoque commisso praelio,  
Iudei victores euaserunt. Postea vero conuenit ingens  
Arabum exercitus ad Cana, locum in Coele-Syria. Qua-  
re cognita, Herodes duxit in eos maximam suarum vi-  
rium partem: atque ubi ad Cana appropinquauit, sta-  
tuerat castra facere, eaque fossa valloque munire, ut,  
cum opportunum esset, praelia ficeret. Sed haec eo in-  
situente, conclamat Iudeorum multitudo, ut se in Ara-  
bes nulla interposita mora ducat. Quippe incesserat eos  
cupiditas, quod se pulchre ordinatos credebant: et omnes,  
qui superiorem pugnam, ne ad manus quidem hostes  
venire passi, vicerant, ferociores erant. Cum itaque  
tumultuarentur et magnum prae se ferrent animi ardo-  
rem, decreuit rex multitudinis alacritate vti; praefatus-  
que se eorum magnanimitati non defuturum, primus in  
armis agmen ducebat, omnibus eum ordine sequentibus.  
Statim autem terror Arabes inuasit. quippe cum pauli-  
sper restitissent, ubi Iudeos inuictos animique plenos  
viderunt, plerique in fugam versi sunt; atque concisi  
fuissent, nisi Athenion Herodi et Iudeis iniuriam fe-

νος κακώσαντος Ηρώδην καὶ τὸς Ιερούλας. ὃτος γὰρ ὁν σρατηγὸς μὲν Κλεοπάτρας ἐπὶ τῶν ἑκαὶ διάφορος δὲ Ηρώδη, τὸ μέλλον ὡν ἀπαρασκεύως ἐσκόπει, δρασάντων μέν τι λαμπρὸν τῶν Αράβων ἐγνωκὼς ἡσυχίαιν ἄγειν, ἡττωμένων δὲ, ὃ καὶ συνέβη, τοῖς ἀπὸ τῆς χώρας συνεληλυθόσι τῶν οἰκείων παρεσκευασμένος ἐπιτίθεσθαι τοῖς Ιερούλαις. καὶ τότε κικημηκόσι τε καὶ νικᾶν οἰομένοις ἀπροσδοκήτως ἐπιπεστῶν, πολὺν ἐποίει Φέρον. τὰς τε γὰρ προθυμίας εἰς τὸς ὁμολογουμένης ἔχθρας ἐνδιαπανήσαντες Ιερούλαις, καὶ τῷ νικᾶν ἐπ' ἀδείας χρέωμενοι, ταχὺ τῶν ἐπιχειρησάντων ἡττῶντο καὶ πολλὰς ἐλάμβανος πληγὰς ἐν χωρίοις αὐτοῦ πετρώδεσιν, ὃν πλείω τὴν ἐμπειρίαν είχον οἱ τὴν ἐπίθεσιν ποιησάμενοι. κακῶς δὲ παχόντων, οἵ τε Αράβες αὐτὰς ἀνειλήθεσαν, καὶ πάλιν ὑποσεψάντες ἔκτεινον ἥδη τετραμμένης. ἐγένοντο δὲ παντοδαπαλ κτινυμένων ἀπώλειαν· καὶ τῶν διαπικτόντων ό πολλοὶ συνέθεσυγον εἰς τὸ σρατόπεδον. ὃ δὲ Βασιλεὺς Ηρώδης, ἀπεγνωκὼς τὰ κατὰ τὴν μάχην, αὐτοῦ περὶ ἐσπερδακώς ἐπαρκεῖν· ἀλλὰ τὸ μὲν σρατόπεδον ἥλω τῶν Ιερούλων. οἱ δὲ Αράβες ό μετρέας εὔτυχηκεσταν ἐκ παραλόγης, νίκην τε ἡς φλέγοντος ἀπεδέσπαν ἀνειληφότες, καὶ πολλὴν τῶν ἐναντίων αὐθηρημένοι δύναμιν. τὸν τεῦθεν ὁ μὲν Ηρώδης λητεῖας ἐχεῖτο, καὶ τὰ πολλὰ κατατρέχων τὴν τῶν Αράβων ἑκάκι ταῖς ἐπιδερμαῖς, σρατοπεδεύομένος ἐπὶ τῶν ὁρῶν, καὶ τὸ μὲν σύμπαν ἐξίσατο κατὰ τὸ μέρον εἰς χεῖρας ἐλθεῖν· όντες δὲ γυνόμενος τῇ συντεχείᾳ καὶ τῷ Φιλοπόνῳ, τῶν τε οἰκείων ἐπεμελεῖτο παντὶ τρόπῳ τὸ πταισμα διορθύμενος.

β'. Εν τότε καὶ τῆς ἐπ' Αιτώνιον ἐβδόμῃ ὅντος Ηρώδη τῆς Βασιλείας ἔτης, σπειδεῖστα ἡ γῆ τῶν Ιερούλων, ὡς ὡν ἄλλοτε ἐδόκει, τῶν ἐν τῇ χώρᾳ κτηνῶν πολλὴν Φθορὰν ἐποίησεν, ὁ Φθάρησταν δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ ταῖς πεπτωκούσαις οἰκίαις περὶ μυρίους τὸ μέντοι σρατιωτικὸν, ἐν ὑπαίθρῳ διαιτάμενον, όδὲν ὑπὸ τῆς πάθεις κατεβλάζη. ταῦτα πυνθανομένοις τοῖς Αραψί-

ciflet. Is enim, cum Cleopatrae nomine dux esset ilius tractus, et ab Herode dissideret, quid futurum erat non imparatus attendebat: ut qui statuerat, si quid egrum Arabes gessissent, quietum se tenere, si inferioris essent, id quod accidit, Iudeos adoriri, ad hoc paratus vna cum suis, qui ex ea regione conuenerant. Et tunc lassos et se vincere putantes aggressus de improviso, magnam eorum caedem edidit. nam cum et animorum ferociam in hostes manifestarios effudissent Iudei, et paulo remissius victoria vterentur, facile cedeabant iis, qui eos adorti sunt, et magnam cladem accipiebant in locis petrosis et ad equitandum parum idoneis, in quibus assuetiores erant qui lacescebant. Posteaquam male adeo cum iis ageretur, Arabes animos refumferunt, et conuersi eos in fugam iam versos occiderunt. Atque ita modis omnibus peremti interibant: paucique admoudui elapsi in castra se recipiebant. Herodes vero, cum iam de pugna desperasset, citato equo subsidium accerfit: neque tamen mature, quamuis adhibita diligentia, subuenire potuit, quin capta sunt castra Iudeorum. Arabibus autem non mediocris felicitas ex insperato contigit, victoria, a qua plurimum aberant, reportata, hostiumque viribus valde attriti. Deinceps Herodes latrociniis vtebatur, multisque factis excursionibus Arabiam incurribus vastabat in montibus castra faciens; atque in vniuersum ne aperte ad manus veniret, cauebat: neque tamen non hostibus assiduitate et labore incommodabat, et suorum casum omni ratione corrigere studebat.

2. Interea per tempus pugnae Actiacae, quae Cæsari, cum Antonio fuit anno regni Herodis septimo, concussa Iudeæ terra, quantum nunquam antea videbatur, magnam pecorum stragem fecit per totam regionem, oppressaque sunt hominum etiam circiter decem millia ruina domorum: sed exercitus, quod erat sub dio, in ea, quam alii passi sunt, calamitate, illæsus mansit. Quæcum Arabes

καὶ μᾶλλον ἡ κατὰ ἀλήθειαν ἐξαγγελλόντων αὐτοῖς, ὅσαι τὸς ὑπὲρ τῶν γεγονότων λόγος τῷ μίσει τῶν ἀκροσομένων ἔχαρξί οντο, μεῖζον ἐπῆει Φρεονεῖν, ὡς τῆς τε χώρας ἀνατεταμένης τοῖς πολεμίοις, καὶ διεφθερότων τῶν ἀνθρώπων, μηδὲν ἔτι μηδὲ σις αὐτὸς ἀντίταλον καταλελέφθατο δοκεῖ, καὶ τῶν τε Ιεδαίων τὸς πρέσβετος, ἵκον γάρ ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις εἰρήνην ποιητόμενοι, συλλαβόντες ἀπέκτεναν, καὶ μετὰ πάσης προθυμίας ἔχώρουν ἐπὶ τὸ σεατιωτικὸν αὐτῶν. οἱ δὲ ὅτε τὴν Ἐφοδον ἐξεδέξαντο, καὶ, πρὸς τὰς συμφορὰς ἀθύμως διακείμενοι, προσέντο τὰ πράγματα, πλεῖστον ἀπογνώστεως ἐπὶ αὐτοῖς πεπονθότες. ἐγαρὴ δὲ ἣ τε ἴσοτιμίας ἐλπὶς προπτημένοις ἐν ταῖς μάχαις, ὅτε βοηθείας κεκαλεμένων αὐτοῖς τῶν οἷοι πραγμάτων. οὕτως οὖν ἔχόντων, ἐπῆγεν ὁ βασιλεὺς λόγω τε πείθων τοὺς ἥγεμόνας, καὶ περιφύμενος ἀναλαμβάνειν αὐτῶν πεπτωκότα τὰ Φρεονήματα. προδιακινήσας δὲ καὶ παραθαρρύνας τινάς τῶν ἀμεινόνων, ἐτόλμησεν ἥδη καὶ τῷ πλήθει διαλέγεσθαι, πρότερον ὄκνων αὐτὸν, μὴ καὶ χαλεπῶς χρήσηται διὰ τὰς ἀτυχίας. παρεκάλει δὲ τοιότας ποιέμενος εἰς τὸν ὄχλον τοὺς λόγους.

γ'. "Οὐκ ἀγνοεῖμεν, ὃ ἄνδρες, ὅτι πολλὰ περὶ τόνδε αὐτὸν παρὸν γεγένηται πρὸς τὰς πράξεις ἡμῖν ἐναντιώματα, "καὶ θαρρεῖν εἰκὸς ἐν τοῖς τοιότοις θόδῳ τὸς πλεῖστον ἀνδρας "γαθία διενηυχότας. ἀλλ' ἐπειδὴ κατεπείγεται τὸ πολεμεῖν, "καὶ τῶν γεγονότων ξένεν ἐσιν τοιότον, ὃ μὴ δι' ἐνὸς ἔργου "καλῶς πραχθέντος ἐπανορθώσετε, παρεκαλέσας προσηλό- "μην ὑμᾶς ἂμα καὶ διδάξας, δι' ὧν ἂν ἐμμένητε τοῖς οἰκεῖοις "Φρεονήμασιν. Βούλομας δὲ πρῶτον μὲν ὑπὲρ τῷ πολεμεῖν, ὡς δικαίως αὐτὸν ποιῶμεν, ἐπιδεῖξα, διὰ τὴν ὑβριν "τῶν ἐναντίων ἡναγκασμένοις, μέγιστον γάρ, εἰ μάθοιτε τῷ "το, προθυμίας αἵτιον ὑμῖν ἔσται· μετὰ δὲ τῦτο δεῖξα, διέ- "τι καὶ τῶν ἐν ἡμῖν δεινῶν ξένεν ἐσιν, καὶ πλείσας σις τὸ νοῦν "κανέντος τὰς ἐλπίδας. ἀρξομας δὲ ἀπὸ τῷ πρώτῳ, "μάρτυρας ὑμᾶς ποιέμενος ὥν λέγω. τὴν γάρ τῶν Δεσμῶν

sama accepissent, plura etiam, quam vera essent, ad illos perferentibus, qui rumores de iis, quae euenerant, in maius augendo Arabum odio aduersus Iudeos gratificabantur, maiores spiritus sumserunt, quasi, cuersa hostium terra deletisque hominibus, nihil iam superesse videretur, quod ipsis obstaret. Quinetiam Iudeorum legatos, (nam eo venerant post ista, quae acciderant, pacem facturi) comprehensos interfecerunt, et in eorum exercitum omni studio ire contulerunt. At Iudei incursum illorum excipere detrectarunt, animosque ex calamitate desponentes omnem de rebus suis curam abiiciebant, ut quae iam ab illis valde desperatae essent, non enim sperabant post tot clades in praeliis acceptas aequis viribus decertaturos esse, neque auxilium ullum exspectabant rebus suis domi afflicitis. Igitur cum ita se haberent, id agebat rex, ut et duabus oratione persuaderet, tentaretque animos illorum dejectos erigete: atque commotis et audacioribus factis quibusdam de praestantioribus, ad vniuersam multitudinem iam verba facere ausus est, cum antea grauaretur id facere, ne sibi difficile esset eos tractare, utpote aduersis casibus vexatos. Cohortationem autem suscipiebat, huiusmodi ad vulgum habita oratione.

3. "Non nescii sumus, Viri fortissimi, quod multa  
"hoc tempore euenerint conatibus nostris aduersa: et for-  
"tasse vix iis in huiusmodi rebus bono esse animo detur, qui  
"fortitudine plurimum praefant. Sed quoniam bello vr-  
"gemur, et nihil eorum, quae acciderint, eiusmodi est,  
"quod non vna re praeclera gesta in melius restituere pote-  
"stis, maxime sane volui vos cohortari, simulque monere,  
"quo pacto vobis constabit animi vestri robur et magnitudo.  
"Primum quidem, quod ad bellum attinet, vobis declarabo,  
"quam iustis de causis illud suscipiamus, aduersariorum in-  
"iuriis eo compulsi; nam et hoc, si resciscatur, maximam  
"vobis alacritatem afferet: deinde ostendam, quare pro ni-  
"hilo habendum sit quicquam malorum, quae nos premunt,  
"et magnam nobis superesse victoriae spein. A primo au-  
"tem exordiar, vosque ipsis testes eorum, quae dicturus sum,

"παρανομίαν ήσε μὲν δῆπτε, καὶ πρὸς τὰς ἄλλας ἀπάντας  
 "διτος ἀπίστως διακεμένην, ὡς εἴκος ἔχειν τὸ Βαρεθαρον καὶ  
 "ἀνευνόητον Θεόν. πλεῖστα μέντοι προσέκρυψαν ἡμῖν πλευνε-  
 "ξίᾳ καὶ Φθόνῳ, καὶ ταῖς ταραχαῖς ἐφεδρεύοντες ἐξ ὑπο-  
 "γύν. καὶ τὰ μὲν πολλὰ τί δεῖ λέγειν; ἀλλὰ κινδυνεύοντας  
 "αὐτὰς τῆς οἰκείας ἀρχῆς ἐκπεσεῖν, καὶ διλειπεῖν Κλεοπάτρα,  
 "τίνες ἄλλοι τῷ δέεις ἀπήλλαξαν; ἢ γὰρ ἐμὴ πρὸς Αυτώνιον  
 "Φιλία, κάκείν γε πρὸς ἡμᾶς διάθεσις αἵτία γεγένηται, μηδὲ  
 "πάτερς ἀνηκεσόν τι παθεῖν, Φιλαττομένης τάνδρος μηδὲν ἐπι-  
 "τηδεύειν, ὃ δύνατ' ἀν ὑποπτευτον ἡμῖν γενέθλι. Βραληθέντος δὲ  
 "ὅμως Κλεοπάτρα μίβητιν παραχθεῖν ἀφ' ἐκατέρας τῆς ἀρ-  
 "χῆς, καὶ τότε διακησάμην ἐγώ· καὶ πολλὰ δῶρα δέεις ἴστια,  
 "τὸ μὲν ἀσφαλές ἀμφοτέροις ἐποιοισάμην, τὰς δὲ διαπάντας  
 "αὐτὸς ἀνέλαβον, διακόσια μὲν διδεῖς τάλαντα, διακοσίων  
 "δὲ ἐγγυητῆς γενόμενος, ἀ τῇ μὲν γῇ προσοδευομένη γεγόνει,  
 "αὐτοὶ δὲ ὑπὸ τάτων ἀπειρῆμεθα. καίτοι γε ἄξιον μὲν ἦν  
 "μηδενὶ τῶν ὅντων Ιυδαίας Φόρον, ἢ τῆς χώρας ἀπόμεναν τε  
 "λεῖν. εἰ δὲ αὖ, ἀλλ' όχι ὑπέρ γε τάτων ἂν αὐτοὶ σεσώκαμεν.  
 "Ἐδὲ τὰς Δραβας ὁμολογήσαντας μετὰ πολλῆς ἐντούξεως  
 "καὶ χάριτος, ὅτι τὴν ἀρχὴν ἐδόκουν τυγχάνειν, ἀδητεῖ ἡμᾶς  
 "ἀποσερεῦντας, καὶ ταῦτα ἐπολεμήσειντας, ἀλλὰ Φίλιας.  
 "ώς ἡ γε πίσις ἔχεσσα καὶ πρὸς τὰς πολεμιωτάτας τόπουν,  
 "τοῖς γε Φίλοις ἀναγκαιότατή τετηγηθα. ἀλλ' ἐ παρὰ τά-  
 "τοις οἱ τὸ μὲν κερδαίνειν ἐκ παντὸς τρόπου καλλιστον ὑπειλή-  
 "Φασιν, τὸ δὲ ἀδικεῖν ὃν ἐπιζήμιον, εἰ μόνον κερδαίνειν δυνη-  
 "θεῖεν. ἔτιν οὖν ἔτι Γήτησις ὑμῖν, εἰ δὲ τὰς ἀδικίας τιμωρήσα-  
 "θα, τότε καὶ τῷ Θεῷ βραλομένη, καὶ παραγγέλλοντος ἀλ-  
 "μιστῶν τὴν ὑθρευν καὶ τὴν ἀδικίαν, καὶ ταῦτα ἐ μόνον δίκαι-  
 "ον, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον πόλεμον ἐπεξίσονται; ἀ γὰρ ὡμο-  
 "λόγηται παρανομώτατα τοῖς τε Ελλησι, καὶ τοῖς Βαρεθά-  
 "ροις, ταῦτα ἐπέραξαν εἰς τὰς ἡμετέρας πρέσβεις ἀποσφά-  
 "ξαντες αὐτάς· τῶν μὲν Ελλήνων ιερεὺς καὶ ἀσύλος εἶναι τὰς  
 "ηγευκας Φαμένων, ἡμῶν δὲ τὰ καλλιστα τῶν δογμάτων,  
 "καὶ τὰ ὄσιώτατα τῶν ὃν τοῖς νόμοις δι' ἀγγέλων παρὰ τῷ

"faciam. Nostis vtique et ipsi, quam iniuste egerint Arabes, quanta fuerint erga alios quoque omnes perfidia; vt vsu venit barbaris et de Deo nihil cogitantibus. Sed in nos maxime offenderunt avaritia et inuidia, et cum in turbis eramus subito nos et infidiose aggrediendo. Multa quidem quid memorem? Verum, cum illis imminheret e principatu excidere et Cleopatrae seruire, quinam alii eos metu liberarunt? Nam meus erga Antonium amor, et illius in nos benevolentia in causa fuit, ne quid grauius isti paterentur, illo cauente aliud agere, quod nobis suspectum foret. Attamen cum vellet partes ex vtraque ditione quasdam Cleopatrae dare, ipse huius rei curam in me suscepi: et, datis de meo magnis muneribus, securitate vtriusque viam muniri, impensasque ipse feci, talenta praestando cc, et fideiubendo pro aliis cc, quae terrae imperata erant, cuius reditus percepérunt; nos vero defraudarunt; quamvis par erat, vt Iudei nemini de bonis suis tributum penderent, aut terrae illorum pars vectigalis fieret. Sin vero, saltem non pro iis, quos ipsi seruauimus: neque Arabes, qui cum nos compellarunt gratiasque egerunt, fassi sunt, quod nostra opera imperium teneare videantur, decet iniuria nos afficere et fraudare; idque non hostes, sed amicos. quippe cum fides etiam inter inimicissimos locum habeat, inter amicos necessario seruanda sit: at non apud eos, qui omni modo lucrum quaerere honestum putant, iniustitiam autem cum lucro coniunctam haud damno futuram. Vobis ne igitur dubium est, an iniustos vlcisci oporteat, Deo hoc iubente et volente, vt semper odio habeamus iniuriam et improbitatem; praesertim, cum non modo iustum, sed et necessarium bellum persequamini? Quae enim et apud Graecos et Barbaros habita sunt iniquissima, ista admiserunt in legatos nostros, quos iugularunt: cum Graeci legatos sacros esse et inuiolabiles dicant, et nos dogmatum potissima et sanctissimam legum partem per Angelos a Deo acceperimus. hanc

"Θεῖς μαθόντων. τῦτο γὰρ τὸ ὄνομα καὶ ἀνθρώποις Θεὸν εἰς  
 "έμφάνισαν ἄγειν, καὶ πολεμίγες διαλλάττεν δύναται. ποῖον  
 "οὖν μεῖζον ἀνγένοιτο ἀσέβημα, ἢ πρέσβεις ἀποκτεῖναι, τὸς  
 "ὑπὲρ τὴν δικαίην διαλεγομένης; πῶς δὲ ἀν ἔτι δύναιτο, ἢ  
 "περὶ τὸν Βίον εὐταθεῖν, ἢ περὶ τὸν πόλεμον εύτυχεῖν, τοιώ-  
 "των αὐτοῖς πεπράγμένων; ἐμοὶ μὲν ὁδαμῶς δοκεῖσιν. ἵστως  
 "τοίνυν ἐρεῖ τις, τὸ μὲν ὅσιον καὶ δίκαιον μεθ' ἡμῶν, ἀνδρείο-  
 "τεροις δὲ ἢ πλείσις ἐκείνοις τετυχήκασιν. ἀλλὰ πρῶτον μὲν  
 "ἀκάξιον ὑμῖν ταῦτα λέγεναι. μεθ' ἣν γὰρ τὸ δίκαιον ἐστιν,  
 "μετ' ἐκείνων ὁ Θεός. Θεῖς δὲ παρόντος, καὶ πλῆθος καὶ ἀ-  
 "δρεία πάρεστιν. ἵνα δὲ καὶ τὰ καθ' ἐστιτύχειστος μετά  
 "ἐνικήσαμεν τῇ πρώτῃ μάχῃ, συμβελόντες τὴν δευτέραν ὃδε  
 "ἀντέχον ἡμῖν, ἀλλ' ἐΦυγον εὐθὺς ἥχι υπομείναντες τὴν ἐΦο-  
 "δον καὶ τὰ Φρονήματα. νικῶσιν δὲ ἡμῖν Αθηνίων ἐπέθετο,  
 "πόλεμον ἀκήρυκτον ἐπάγων. πότερον ἀνδρεγαθία τῷτε ἐστιν  
 "ἐκείνων, ἢ δευτέρα παρανομία, καὶ ἐνέδρα; τέλον ἔλαστον  
 "Φρονῆμαν, ἐφ' οἷς μεῖζος ἔχειν δεῖ τὰς ἐλπίδας; πῶς δὲ  
 "καταπλακυέτημεν τὸς, ὅταν μὲν ἐξ ἀληθείας ἀγανάγωται,  
 "πάντοτε νικώμενης· ὅταν δὲ πρατεῖν νομιθῶσιν, ἐξ ἀδικίας  
 "αὐτὸς ποιεῖταις; πῶς δὲ ἂν, εἰ καὶ γενναίες ἡγυπταῖς τις αἱ-  
 "τὸς, ἢ παρ' αὐτὸς τῦτο καὶ μᾶλλον ὀρμηθείη; τὸ γὰρ εὐ-  
 "ψυχον, ὃν ἐν τῷ τοῖς ἀδενεσάτοις ἐπιχειρεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ  
 "δύναθαι καὶ τῶν ιχυροτέρων κρατεῖν. εἰ δέ τινα καταπλήτ-  
 "τεται τὰ οἰκεῖα πάθη, καὶ τὰ περὶ τὸν σεισμὸν συμβεβη-  
 "κότα, πρῶτον μὲν ἐννοηθῆτω, ὅτι τῷτε αὐτὸς καὶ τὸς Λεαβᾶς  
 "ἐξαπατᾶ, μεῖζω τὰ γενόμενα τῆς ἀληθείας ὑπεληφότας·  
 "ἐπειτα ὡς ἢ καλὸν ἐκένοις τε τόλμης καὶ ἡμῖν δειλείας τὴν  
 "αὐτὴν αἰτίαν, γενέθλια. οἱ μὲν γὰρ, ὃν ἐξ οἰκείων τινὸς ἀγα-  
 "θεῖ τὸ εὐψυχον ἔχοσιν· ἀλλ' ἐκ τῆς περὶ ἡμᾶς, ὡς κάμποι-  
 "τας ἥδη τοῖς κακοῖς, ἐλπίδος. ἡμεῖς δὲ χωρῆσαντες ἐπ' αἱ-  
 "τὸς, παρεμηρούμεθα μὲν ἐκείνων τὸ μεῖζον Φρονεῖν· ανατ-  
 "φόμεθα δὲ αὐτοὶ, τὸ μηκέτι θαρρεῖσι μάχεθαι. καὶ γὰρ  
 "ἔτεκεκακώμεθα τοσῦτον, γε, ὅπερ οἴονται τινες, ὁργὴν Θεῖς  
 "παρέχειν τὸ γεγονός, ἀλλὰ ταῦτα συμπτώματα γίνεται

“enim vim habet hoc nomen, ut Deum hominibus co-  
“ram sifstat, et hostes cum hostibus in gratiam redire  
“faciat. Quae maior igitur esse potest impietas, quam  
“legatos trucidare de iure agentes? Vel qui dehinc aut  
“in vita tranquilli, aut in bello felices esse possunt, hoc  
“in se suscepito facinore? Mihi quidem minime viden-  
“tur. Dicat tamen fortasse aliquis, fas quidem et ius  
“nobiscum est, illos tamen fortiores esse vel plures con-  
“tigit. Sed primum quidem vobis haud conuenit haec  
“oratio. Cum quibus enim est ius, cum illis et Deus:  
“Deus autem si adsit, adsunt simul et copiae et ro-  
“bur. Ut autem et res a nobis gestas consideremus,  
“prima pugna vicimus, commissa secunda, vix nobis  
“restiterunt, sed statim fugiebant, non sustinentes im-  
“pressionem adeo animosam. Victores autem nos ag-  
“gressus est Athenio, bellum inferens non denuncia-  
“tum. Vtrum haec est eorum virtus, an secunda ini-  
“quitas, et insidiae? Cur igitur abiectione sumus ani-  
“mo ob eam rem, quae efficere debet, ut maiores  
“spem concipiamus? Et qui sit, ut illi terrorem nobis  
“iniicerent, qui, quoties sine dolo congrediuntur, sem-  
“per superati sunt; si quando autem victores esse exi-  
“stimentur, id ex improbitate consequuntur? Quod si  
“quis eos etiam fortes putet, cur non ea ipsa de cau-  
“sa maiori pugnandi ardeat cupiditate? Animosum enim  
“arguit non imbecillos adoriri, sed posse etiam viribus  
“superiores vincere. Si quem autem terrent domestici  
“casus, et quae in terrae motu acciderunt, primum  
“quidem reputet, quod hoc ipsum etiam Arabibus in-  
“ponit, maiora, quae facta sunt, quam pro rei veritate  
“existimantibus; deinde non decere, ut quae illis au-  
“daciae, nobis sit ignaviae causa. Neque enim illi  
“quidem, quod boni aliquid ipsis obtigerit, animos sus-  
“munt, sed quia sperant nos iam malis succumbere. Si  
“nos autem contra eos proficiamur, magnos eorum ani-  
“mos contundemus; et hoc etiam lucrabimur, ut non ite-  
“rum cum ferocibus pugnemus. Neque enim adeo affli-  
“gimur; neque, ut putant quidam, id, quod accidit, Dei

καὶ πάθη τιά. καὶ δὲ κατὰ Θεῶν γνώμην πέπεισται, δῆλον, ὃς καὶ πέπεισται κατὰ τὴν ἐκείνην γνώμην αἰσχυλέντας τοῖς γυγονόσι. βυλόμενος γὰρ ἔτι μᾶλλον αὐδίκειν, ἐκ τοῦ μετεβάλλετο. τὸ δὲ πόλεμον, ὅτι καὶ Θέλει τῷ τοντὸν ἐνεργεῖθαι, καὶ δίκαιον οἶδεν, δεδήλωκεν αὐτὸς. ἐνών γὰρ ἐν τῷ σειραῖ σμῶν περὶ τὴν χώραν ἀπολομένων, ὁδεῖς ὑδὲν ἐπάθει τῷ εἰς τοῖς ὄπλοις, ἀλλὰ πάντες ἐσώθητε. Φανερὸν ποιοῦντος τῷ Θεῷ, διότι, κανεὶς εἰς πανδημίην μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἐπερατεύεται, περὶ τοῦ οὐρανοῦ αἴνεται αὐτὸν παθεῖν. ταῦτα ἐκθυμηθέντες, καὶ τὰ μὲν οὖτι παρὰ πάντα παρόν προϊστάμενον ἔχοντες τὸν Θεὸν, ἐπεξέλθετε δικαίους αὐδεραγαθούς τὰς τὰς μάχιμες μὲν πρὸς Φιλίαν, ἀσπόνδυλος δὲ εἰν ταῖς μάχαις, αἰνοτίνες δὲ εἰς περίθετος, αὐτὸν δὲ τῆς ὑμετέρας ἀρετῆς ἡττημένυς.

δ'. Ταῦτα ἀκέσσαντες οἱ Ιudeῖοι πολὺ τὰς ψυχὰς αἷμις, τὰς ἐγένοντο πρὸς τὴν μάχην. Ηρώδης δὲ, Θυσίας κατὰ τὰ νομικόμενα ποιήσας, καὶ μετὰ σπερδῆς ἀναλαβὼν αὐτὸς ἥγειν ἐπὶ τὰς Αράβας, διαβὰς τὸν Ιορδάνην ποταμόν· καὶ τῶν μὲν πολεμίων σρατοπεδεύεται πλησίον. ἐδόκει δὲ αὐτῷ Φρέγειον ἐν μέσῳ καίμανον καταλαβεῖν. Ὅτις γὰρ αὐτὸς μὲν ὁ Φρέλαθης σεθεῖ, καὶ πρὸς τὸ Θάττον συνάψαι τὴν μάχην, κανεὶς εἰς παρέλκουν δέον, ἐρυμνὸν αὐτῷ πεπορισμένος τὸ σρατόπεδον. τὸ δὲ αὐτὸν καὶ τῶν Αράβων προνοάντων, ἀμιλλα γίνεται πρετεῖτε χωρίς. καὶ πρῶτον μὲν ἐν ἀκροβολισμοῖς ἥσαν· εἶτα δὲ καὶ πλεύεις, εἰς χεῖρας ἐρχόμενοι, παρέα ἀμφοτέρων ἔπιπτον, ἔως ἡττηθέντες οἱ τῶν Αράβων ἀπεχώρουν. τότε εὐθὺς εἰς ἐλπίδας τοῖς Ιudeίοις ὡς μικρὸν ἐγγύόνες, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐνοάμενος. πάντα μᾶλλον ἢ πρὸς μάχην ιέναι βυλόμενον, θρασύτερον ἐπεχείρησεν αὐτὸν τὸν χάρακα διασπᾶν, καὶ τῷ σρατοπέδῳ πρεστάγων ἀπειθαῖ. τότοις γὰρ ἐνβιασθέντες, προηγεσσαν ἄτακτοι, καὶ προθυμίας ἢ τῆς εἰς τὸ νικᾶν ἐλπίδος ἀδοτίῃν ἐρχόμενοις. ὅμως δὲ οὖν εἰς χεῖρας ἥσταν, πλεύεις τοῦτος καὶ διὰ τὸ κατεπείγενον ἐπὶ τὸ τολμηρὸν ὑπὲ τῆς αἰαγκῆς σρατηγύμενοι· καὶ μάχη γίνεται καρτερὰ, πικτόντων

"irae indicium est: sed casus sunt haec, et infortunia.  
 "Atque si Dei consilio facta sunt, patet eiusdem consilio  
 "desuisse, ut qui praeteritis contentus sit. Si enim voluistis  
 "sed adhuc amplius nobis nocere, non tam cito mutasset  
 "sententiam. Bellum autem illius voluntate suscipi, et  
 "iustum ab eo existimari, ipse ostendit. Nonnullis enim  
 "terrae motu per totam regionem perentis, nemini armaturum  
 "malum aliquid accidit, sed vos omnes salvi esatis;  
 "hoc ipso declarante Deo, quod si vniuersi cum liberis et  
 "coniugibus militassetis, ne quidem grauius aliquid pati vobis  
 "contigisset. Cum haec vobiscum reputaueritis, et  
 "quod plus est, quod propugnantes semper habeatis  
 "Deum, iuste et fortiter persequimini in amicitia infidos,  
 "in bello implacabiles, in legatos impios, et a vobis semper  
 "per virtute superatos.

4. Iudei, istis auditis, fortius ad pugnam animati erant. Herodes autem, sacrificiis rite peractis, eos secum assumtos propere aduersus Arabes trans Iordanem flumen ducit; et non procul ab hostibus castra metatur. Sibi vtique visum est castellum in medio politum ocupare: nam et sibi id usui fore putauit, tum ad hostem celesteriter praelio lacessendum, tum ad castrorum munitionem, si pugna differenda foret. Cuunque ideo Arabibus in animo esset, oritur de eo loco certantur. Ac primo quidem velitatio erat: et deinde aliquam multi, cum res ad manus venisset, utrinque cadebant, donec victi Arabes cesserunt. Ea res protinus Iudeis non parvum ad spem momentuum praebuit. Cuunque cogitaret rex, Arabum exercitum omnium malle, quam ut pugnam lubenti animo inirent, coepit vallum fortiter diuellere et proprius ad castra ad motus ea oppugnare. Atque ita vi compulsi nullo ordine prodierunt, ne tantilla quidem cum alacritate, aut vlla victoriae spe freti. Veruntamen inanis conseruerunt, tum quia numero superabant, tum quia eos animum suum cogebat pugnandi necessitas: atque acre praelium committitur, multis utrinque cadentibus. tan-

ἐπατέρωθεν ἐκ ὅλην. τέλος δὲ τριάκοντας οἱ Δραῦνες ἦΦυγοι· οὐ δὲ πολύτος Θάνος ἐκελινάντων, ὃς μὴ μόνον ὑπὸ τῶν πολεμίων θνήσκει, ἀλλὰ σφίσιν αὐτοῖς παραστίας γίνεθαι τῶν τεσκῶν, ὑπὸ τε πλήθες καὶ Φορᾶς ἀτάκτη συμπατεύοντων, καὶ περιπιπτόντων τοῖς οἰκείοις ὅπλοις. πεντακιδίλιοι διοῦν αὐτῶν ἐγένουντο νεκροί· τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος ἦΦθη μὲν εἰς τὰ χαρακώματα συμφυγεῖν. εἶχε δὲ ἐκ Ἐβραίω τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας, απορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων, καὶ μᾶλλον ὑθατος. οἱ δὲ ἰεδαῖοι διώκοντες συνεσπεσέντο μὲν ἢ κατίχυσαν, περικρέπομενοι δὲ τοὺς χαρακάς, καὶ παρατηροῦντες εἰσέδηκαν τὰς ἀπαρκοῦντας καὶ ἀξόδους Φυγεῖν Βελομένας εἰέγουν.

Ἐν τάτοις οὖν ἔντες οἱ Δραῦνες ἐπεσοθεύοντο παρὰ τὸν Ηρώδην, τὸν πρῶτον ὑπὲρ διαλύσεως, ἔπειτα, τὸ γαρ δὲ φίος ἡπειρού, πᾶν ὅτινν ὑΦίσαθαι, καὶ τυχεῖν εἰς τὸ παρεντὸν αἵδεις ἡξιωκότες. ὁ δὲ ὅτε πρέσθεις, ὅτε λύτρα τῶν ἡλωκάσσων, ὅτε ἄλλο τι μέτρον προσίστο, Φιλόνεκας ὃν ἐκδιηῆσαν τὰς παρασκομίκτας εἰς αὐτὸς ἐξ ἐκείνων γεγενημένας, κατατυγκαρόμενοι οὖν τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τῷ δέρψει, προΐστες αὐτὸς ἐνεχείριζον αὐγεῖν καὶ δεῖν· καὶ πέντε μὲν ἡμέραις τετρακιδίλιοι τὸ πλῆθος ἐάλωσαν. τῇ δὲ βίτῃ, πάντες οἱ λοιποὶ διέγυνωσαν ἐξίεναι πολέμῳ νόμῳ χωρῆσαντες ἐπὶ τὰς ἐνεγυγίας ἔχοντες· εἰ καὶ δέοι τὸ πάχειν αἰρέμενοι, καὶ μὴ διαφθερεῖσθαι κατ' ὀλίχης ἀδόξως. ταῦτα δὲ γένοντες, ἐξηλθον μὲν τὰ χαρακώματας, διέρκεσαν δὲ ὑδάποις τῇ μάχῃ, λαμπρῶς μὲν ἀγανίσασθαι κακοκυρένοι καὶ τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα τόποιν ἐκ ἔχοντες, κέρδος δὲ εἰ Θνήσκοιεν, τὴν συμφορὰν τὸ δῆμον παιούμενοι· καὶ πίπτεσιν αὐτῶν ἐν τῇ προτεραίᾳ μάχῃ περὶ ἐπτακιδίλιος. τοιαύτη δὲ πλήγη ἔχοντα μέντον, μὲν ὅσον ἡνὶ αὐτοῖς πρότερον αφήεντο· τεθαυμακότες δὲ ἐν ταῖς οἰκείαις συμφοραῖς τὴν Ηρώδην σρατηγίαν, εἰς τε τὸ λοιπὸν εἰξαν, καὶ προστάτην απέΦηναν τὸ ἔθνος. ἀδὲ πλεῖστου ἐπὶ ταῖς εὑναρεγμάσιν ἡξιωκάς Φεονέν, ανέστρεψεν οἷς τὴν οἰκείαν, μέγα προσεκλιφὼς ἀξίωμα, καὶ διὰ ταῦτην τὴν αὐδεργαθίαν.

dem vero Arabes in fugam versi sunt. Tantaque eorum caedes facta est, postquam cedere coeperunt, ut non solum ab hostibus interierint, verum etiam sibi met cladem attulerint, multis eorum, tum propter multitudinem, tum quia confusi ruebant, conculcatis et suis ipsorum telis vulneratis. Igitur ex iis caesa sunt quinque millia; reliqua vero turba intra vallum confugiendo evasit. Sed certa salutis spe destituebantur, quippe cum comineatu et maxime aquae penuria laborarent. Iudei autem, eos persequuti, cum via cum eis irrumpere nequivissent, vallum circumfident; et, custodiis adhibitis, open ferentes aditu fugainque capessentes exitu prohibebant.

5. Quamobrem eo angustiarum redacti Arabes, legatos ad Herodem primum de compositione mittunt: deinde, vt pote siti cogente, rogatum, ut vel quacunque conditione liceat illis in praesens ab iateritu securis esse. Sed ille nec legatos, nec pretium pro captiuis, nec aliter quam aequi admittebat, cupiditate vlciscendi iniurias, quas ab illis acceperat. Itaque et aliis et siti coacti seipso abducendos constringendosque Iudeis dediderunt. Et quidem ex iis capti sunt quinque diebus homines quater mille numero. Sexto vero die reliqui omnibus visum est, facta more bellico eruptione cum hostibus congregari, et in quemvis euentum periclitari potius, quam turpiter perire paulatim. Cum haec statuissent, extra vallum prodierunt, sed praelium sustinere non potuerunt; praeclare quidem dimicandi prae corporis animique debilitate locum non habentes, lucro vero mortem deputantes, vitamque pro calamitate ducentes: cecideruntque primo conflictu circiter septem millia. Cum autem hanc cladem accepissent: priorem quidem fiduciam omnem amiserunt, Herodis vero virtutem imperatoriam in suis calamitatibus mirati, et in posterum ei cesserunt, et pro gentis domino eum habuerunt. Qua felicitate ille multum elatus domum reversus est, cum magna exultatione ob rem fortiter gestam.

ΚΕΦ. 5.

Ως Ηρώδης, Τεκανὸν ἀποκτένας, ἡπείγοτο πρὸς Καισαραῖαν,  
καὶ παρὰ αὐτῷ τὴν Βασιλείαν ἔχειν· ὡς τε Καισαραῖα  
μετ' ὑπόλευκον πάσῃ τιμῇ ἐδόξατο.

**Τ**Α μὲν οὖν ἄλλα καλῶς εἶχεν αὐτῷ, δισεπιχειρήτῳ κα-  
τὰ πάντα γεγενημένῳ· καὶ δινοῖς δὲ ἐμπίπτει τὴν ὑπὲρ τῶν  
ὅλων κέρισιν ἐπάγων, Αντώνιον Καίσαρος ἐν τῇ κατ' Αἰγαίον  
μάχῃ νεκροποτός. τότε γὰρ ἀπόγυνωστο αὐτῷ τε Ηρώδη τὰ  
πράγματα, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ὄμοιώς ἔχθροῖς τε καὶ φί-  
λοις. Ἐγάρη δὲ ἦν εἰκὸς ἀτιμώρητον μένειν, τοσαῦτας αὐτῷ πρὸς  
Αντώνιον Φίλιας γεγενημένης. ἦν μὲν οὖν, τοῖς μὲν Φίλοις  
ἀπόγυνωστις τῶν κατ' αὐτὸν ἐλπίδων· οὗτοι δὲ ἔχθρῶς εἶχον,  
ἐδόκειν μὲν εἶξεν ἐμφανῆς συνάνθεσθαι, πάθος δὲ λεληθὸς  
ἐφηδομένων εἶχον, ὡς ἀμένονος τευχόμενοι τῆς μεταβολῆς.  
αὐτὸς τε Ηρώδης, τὸν Τεκανὸν ὄφων μόνον ἐπὶ αἰξιώματος  
βασιλικῆς, συμφέρετο μηκέτε ἐμποδῶν ἐστιν. εἰ μὲν περι-  
σταθεῖ καὶ διαφύγη τὸν κίνδυνον, αἱ Φαλαῖς ἡγύμενος, πρὸς  
τὸ μὴ τοῖς τούτοις αὐτῷ καροῖς ἐφορμᾶν ἀνέρα τυχεῖν τῆς  
βασιλείας αἰξιώτερον. εἰ δὲ καὶ πάχοι τὶς διὰ Καίσαρος,  
φθόνοι τὸν μόνον ὅπερ τῆς βασιλείας γενησόμενον ἐπιθυμῶν  
ἔξελεν.

**β.** Ταῦτα δὲ αὐτῷ διὰ ἐννοίας ἔχοντος, ἐνεδόθη τὶ καὶ  
παρὰ ἐκείνων· ὁ μὲν γὰρ Τεκανὸς ἐπιεπέδα τρόπῳ, καὶ τότε  
καὶ τὸν ἄλλον χρόνον, ὥκητος πολυπραγμονεῖν, ὃδὲ νεωτέρων  
ἀπτεθαῖ, συγχωζῶν τῇ τύχῃ, πᾶν τὸ διὰ ἐκείνην γενόμενον  
ἡγαπηνένα. Φιλόνεπος δὲ ἦν Λαζαρέανδρος, καὶ, τὴν ἐλπίδα τῆς  
μεταβολῆς αἰνεστῶς Φέρεστα, λόγιος ἐποιεῖτο πρὸς τὸν πατέ-  
ρα, μὴ μέχρι παντὸς ἀναμένει τὴν Ηρώδα παρεπομίαν εἰς  
τὸν αὐτὸν οἶκον, ἀλλὰ προλαβεῖν αἱ Φαλαῖς τὰς αὐθίς ἐλπί-  
δας, ἥξειν τε περὶ τάτου. Μάλιστα γεράθειν τὴν Αραβίαν  
ἔχοντι, δέξαθαι τε αὐτὰς, καὶ διὰ αἱ Φαλαῖς ἀγενιν. ὑπεξ-  
ελθόντων γὰρ, εἰ τὰ περὶ Ηρώδα γάτως χωρίσειν, ὡς εἰκὸς

## CAP. VI.

*Quomodo Herodes, cum Hyrcanum occidisset, properauit ad Caesarem, et ab ipso regnum obtinuit: utque non multo post Caesarem apud Ptolemaïdem honorifice admodum exceptit.*

**A**T enim dum caeterae res suae bene se haberent, ut pote quod difficile esset ipsum villa ex parte aggredi, in periculo erat, ne omnia perderet, postquam Caesar Antonium in pugna Actiaca viciisset. Tunc enim actum de se putauit et Herodes ipse, siusque amici pariter ac inimici, nam haud verisimile erat, ut ipse poenas effugeret, cui cum Antonio tanta intercessit amicitia. Quo sane factum est, ut amici quidem de spe sua deciderent deque eo desperarent; quotquot vero ipsi inimici erant infestique condolentium vultum habitumque induebant, gaudio autem tacito gestiebant, quasi foret, ut illis res in melius mutarentur: atque Herodes ipse, cum Hyrcanum folum videbat in dignitate regia esse, sua referre plurimum existimabat, ut is e medio tolleretur: si quidem incolumis foret et e periculo euaderet, sibi prouisum esse putans, ne in tali eius fortuna impetum faceret ad regnum occupandum vir regno se dignior; sin vero quid grauius a Caesare de ipso statuatur, prae inuidia cupiens illum perire, qui solus sibi in regnum successurus sit.

2. *Quae dum in animo versat Herodes, illi ei non nullam eius rei occasionem praebuerupt.* Etenim Hyrcanus, quod initio esset ingenio, ne tunc quidem aut aliquo tempore negotiis se miscere volebat, nec nouis rebus studiebat, fortunae concedens, ut quocunque sors efferret illo contentus viueret. Verum Alexandria contentiōnem amabat, et mutationis spe impotenti abrepta, Hyrcanum patrem suum solicitabat, ne Herodis in dominum suam seclera in perpetuum perficeret, sed sumitas spes, cum tuto liceret, anticipet; rogabatque, ut de his ad Malchum Arabiam tenentem scriberet, utque illos accepert et eo saluos perduceret: si enim post ipsorum discellum Herodi accideret, vt

